KONGLIGA SVENSKA

FREGATTEN

EUGENIES

RESA OMKRING JORDEN

UNDER BEFÄL AF

C. A. VIRGIN.

ÅREN

1851—1853.

VETENSKAPLIGA IAKTTAGELSER

PÅ H. MAJ:T KONUNG OSCAR DEN FÖRSTES

BEFALLNING UTGIFNA

AF

K. SVENSKA VETENSKAPS-AKADEMIEN.

ANDRA DELEN.

Zoologi.

2.

ARACHNIDER.

UPPSALA & STOCKHOLM
ALMQVIST & WIKSELLS BOKTRYCKERI-A.-B.
1910

KONGLIGA

SVENSKA FREGATTEN EUGENIES

RESA OMKRING JORDEN

UNDER BEFÄL AF

C. A. VIRGIN

ÅREN 1851—1853.

VETENSKAPLIGA IAKTTAGELSER

PÅ KONUNG OSCAR DEN FÖRSTES BEFALLNING

UTGIFNA AF

K. SVENSKA VETENSKAPSAKADEMIEN.

ANDRA DELEN.

Zoologi.

2.

ARACHNIDER.

UPPSALA & STOCKHOLM
ALMQVIST & WIKSELLS BOKTRYCKERI-A.-B.
1910.

KONGLIGA SVENSKA

FREGATTEN EUGENIES RESA

OMKRING JORDEN.

VETENSKAPLIGA IAKTTAGELSER.

II.

ZOOLOGI.

2.

ARACHNIDER.

ARANEÆ.

SPECIES NOVÆ MINUSVE COGNITÆ,

DESCRIPTÆ

A

T. THORELL.

Fam. EPEIRIDÆ.

Genus CELÆNIA n. *).

Cephalothorax ob-cordato-orbiculatus, parte cephalica minuta, clypeo alto, parte thoracica ampla, altius convexa.

Oculi 8, parvi, sub-æquales, in duas series sub-parallelas dispositi; medii quadratum fere formant; laterales, bini contingentes, a mediis spatio remoti sunt, quod spatium inter medios anticos fere æquat.

Mandibulæ angustæ, perpendiculares.

Maxillæ oblongæ, parallelæ, basi angustatæ, apice rotundato-truncatæ.

Labium transversum, apice rotundatum.

Pedes prop. 1, 2, 4, 3, anteriores 4 longi, extus valde graciles, unguibus trinis: 2 superioribus inæqualibus, exteriore multo longiore, non pectinato; pedes 4 posteriores breves, robusti, unguibus trinis parvis, superioribus 2 æqualibus.

Abdomen magnum, crassum, cute tenui tectum.

Mamillæ 6, anteriores 2 conicæ, reliquæ sub-cylindratæ.

Vitæ degendi ratio et rete ignota.

Patria: Nova Hollandia.

Genus valde peculiare, pedibus anterioribus quasi raptoriis, unguibus superioribus inæqualibus instructis, præsertim insigne; vix Fam. Theridiidarum adscribendum.

1. **C. Kinbergii** n.

Cephalathorax nigro-fuscus, testaceo-marginatus, parte cephalica conico-acuminata; pedes nigricantes, testaceo-maculati, femoribus basi testaceis, 4 anteriores subtus pro receptione tibiæ furca longitudinali instructi, quæ utrinque tuberculis apice mucrone armatis definitur; abdomen transversum, altum, testaceum, maculis et fasciis fuscioribus, tuberibus duobus magnis nigricantibus antice in dorso et tuberculo minore utrinque in latere antice. — ♀ ad. (?), long. 14 millim.

---

*) A Κελαινώ (Celæno), Harpyiarum una.

Cephalothorax ob-cordato-orbiculatus, æque fere longus ac latus ($5\frac{1}{2}$ millim.), parte thoracica amplissima, in lateribus semi-circulariter rotundata, postice sub-truncata, antice repente angustata et impressione transversa a parte cephalica distincta; hæc pars minuta, antice angustata, fronte 1 millim. lata, conico-acuminata, sub-elevata; supra altius convexus, glaber, altitudine maxima pone centrum sita, versus petiolum abruptius, versus frontem igitur levius declivis, in disco granulis majoribus sub-seriatis sparsus; antice, paullo pone impressionem illam transversam, tuberculis duobus majoribus obtusis, approximantibus præditus, impressionibusque duabus, magis inter se distantibus, paulo pone ea; fovea ordinaria in fundo bis impressa, longe pone centrum sita. Sternum oblongo-ovatum, antice truncatum. Oculi parvi, sub-æquales; area, quam occupant, parva, longitudine $2\frac{1}{2}$ tantum latior; medii 4 in rectangulum paullo latiorem quam longiorem circa tuberculum frontale positi: antici eorum, reliquis paullo majores, inter se spatio distant, quod oculi diametro circa 3:plo majus est; spatium inter oculos laterales et medios anticos parum brevius, quam quo distant hi inter se. Oculi laterales bini ad latera frontis tuberculo parvo impositi, contingentes; desuper visi cum mediis posticis lineam fortiter recurvam formant. Spatium inter marginem clypei et oculos medios anticos duplo majus est quam inter eos et medios posticos. Partes oris parvæ: mandibulæ perpendiculares, angustæ, versus apicem sensim paullo attenuatæ, in dorso rectæ, palpis fere angustiores, plus $1\frac{1}{2}$ millim. longæ, latitudine basali circa 3:plo longiores, ungue parvo, parum curvato. Maxillæ convexæ, basi angustiores, labio duplo longiores, paullo longiores quam latiores, lateribus exterioribus rectis, parallelis, apice rotundato-truncatæ. Labium fere semi-circulatum. Palpi extus sat robusti, cephalothoracis fere longitudine, tibiis anticis paullo crassiores, setosi: pars femoralis tenuior, versus apicem incrassata; pars patellaris ea triplo brevior, latitudine non longior; pars tibialis subtus ad apicem aculeo armata, quam pars femoralis vix brevior, sed crassior, sub-incrassata; pars tarsalis parte priori parum brevior et fere crassior, obtusa, in apice unco forti armata. Pedes ut in Epeiridis genuinis directi, proportione 1, 2, 4, 3; 1:mi paris cephalothorace fere 4:plo longiores sunt (c:a 21 millim.*), omnes pubescentes et pilosi, tibiis basi et apice paullulo incrassatis; 2:di paris pedes vix vel parum breviores quam 1:mi; 3:tii paris iis duplo breviores; 4:ti paris his (ped. 3:tii paris) c:a $1\frac{1}{2}$ millim. longiores. In pedibus 1:mi et 2:di paris, qui coxas et femora crassiora habent, reliqua internodia vero graciliora, quam pedes posteriores, femora sub-linearia sunt, ipso basi tantum angustiore, supra medium in latere superiore sub-incrassata, tenue pubescentia, granulata, præsertim subtus et, in 1:mi paris pedibus, etiam antice; furca longitudinali (pro receptione tibiæ) subtus prædita sunt, quæ ordine tuberculorum parvorum, inæqualium, numerosorum, in apice mucrone vel spinula armatorum utrinque definitur. Patellæ horum pedum femoribus satis angustiores sunt, longitudine fere dimidiæ tibiæ, supra sub-curvati et deplanati, depressione oblonga media; tibiæ graciles valde, cum patella femore parum breviores; metatarsi longitudine fere patellæ, etiam graciliores, versus apicem sub-angustati; tarsi patella duplo breviores, apice unguibus trinis armati, quorum duo superiores valde inæquales sunt, exterior (posterior) enim maximus, extus tenuis, diametro apicis tarsi multo longior, dente unico obtuso ad basin armatus, alter plus duplo minor, dentibus 3 ad basin; unguis inferior hoc paullo major est, basi abrupte deflexus et dente uno præditus. Præter unguibus 3 veris, unguibus paucis spuriis s. secundariis in et ad apicem instructi sunt tarsi**), ut in reliquis Epeiridis. Pedes 4 posteriores ut in Epeiridis ordinariis conformati, longius pubescentes et pilosi, præsertim subtus; robusti, extus parum attenuati, obtusi, omnibus internodiis, femoribus exceptis, brevibus: femoribus cum coxis sequentia internodia conjuncta longitudine æquantibus: femora tertii paris subtus tuberculis acutis, in medio in series ordinatis armata ungues tres omnes minuti, superiores duo æquales, dentibus binis inæqualibus ad basin.

Abdomen maximum, crassum, transversum, tenuiter pubescens, punctis multis impressis, mediis per paria (saltem 6) dispositis, altius et multo latius, quam longius (long. $9\frac{1}{2}$ millim.; altit. max. (inter mamillas et tuber dorsuale) 11 millim., latit. max. (inter tubercula lateralia) $13\frac{1}{2}$ millim.), antice et in lateribus anterius ter truncato-emarginatum: margo enim anticus in duo tubercula obtusa paullo supra basin cephalothoracis productus est; postice satis æqualiter rotundatum; supra valde convexum, antice

*) Quoad liberi sunt, i. e. a margine cephalothoracis ad apicem tarsi. Hoc modo mensuram pedum semper fecimus, nisi expressis verbis aliter diximus. A basi coxarum mensi paullo longiores sunt: in hac specie ex. gr. pedes 1:mi paris tum 22 millim. sunt longi (coxa: 2, troch.: $\frac{1}{2}$, fem.: $7\frac{1}{2}$, pat.: 3, tib.: 5, metat.: $2\frac{1}{2}$, tarsus: $1\frac{1}{2}$ = 22 millim.).

**) De unguibus aranearum spuriis sive secundariis vid. Thorell: Till kännedomen om slägtena Mithras och Uloborus, in Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandlingar XV (1858) p. 200.

altius ibique in dorso in tubera duo magna, ampla, supra parum convexa elevatum, quæ in angulo exteriore et posteriore tuberculo minuto vel spinula armata sunt; paullo infra tubera, in latere abdominis, aliud tuberculum obtusum utrinque adest. Declivitas antica valde abrupta, postica paullo lenior, magisque convexa. Postice et in lateribus dorsum sensim in ventrem convexum transit. Mamillæ inferæ, 6, in trapezium dispositæ, duæ anteriores crassæ, conicæ, conniventes, reliquæ, in lineam transversam dispositæ, cylindratæ, exteriores prioribus paullo longiores et angustiores, intermedii parvi.

Cephalothorax versus latera nigro-fuscus, in disco clarior, ferrugineo-fuscus, margine laterali et postico partis thoracicæ flavo-testaceo. Sternum nigrum, macula media magna, triangula, basi inter coxas posticas in lineam producta, flava. Oculi fusci. Mandibulæ nigro-fuscæ. Maxillæ et labium nigricantia. Palpi ferrugineo-fusci, subtus testaceo-maculatæ. Pedes nigricantes, coxis nigro-fuscis, femoribus versus basin late testaceis ibique nigris maculis pictis, in ped. 1:mi paris præsertim supra, in reliquis præsertim infra. In pedibus 4 anterioribus tibia nigra, macula basali annuloque medio testaceis, metatarsus testaceus, macula media nigra et apice fusco, tarsus fuscus; pedes posteriores extus nigri, maculis testaceis, præsertim supra. Abdomen flavo-testaceum, nigris et fuscis maculis: maculæ vel plagæ duæ magnæ, transversæ, a latere interiore tuberorum in latera abdominis ductæ, nigro- et fusco-variæ, sinuosæ, inter et ante tubera vitta angustiori sub-fusca conjunctæ antice conspiciuntur; supra petiolum linea flexuosa et macula parva nigræ; in media declivitate antica vestigia adsunt vittæ latæ, transversæ, fuscæ, testaceo-maculatæ, plagas illas laterales etiam conjungentis. In lateribus postice versus ventrem maculæ 2—3 fuscæ adsunt, lituræque parvæ nigræ in declivitate abdominis postica. Regio ante mamillas usque ad rimam genitalem nigricans, fulvo-pilosa. Mamillæ sub-testaceæ.

Patria: Nova Hollandia: femina unica ad Sidney a Cel. KINBERG inventa. — ♂ ignotus.

GENUS CÆROSTRIS N. *).

Syn.: 1805. **Epeira**: Fam. 10. Coronatæ WALCK., Tabl. d. Aran., p. 67.
1841. » Fam. 8. Plectanoides ID., Hist. Nat. d. Ins. Apt., II, pag. 147 (ad partem).
1863. » Fam. Gasteracanthoides VINSON, Aran. de la Réun., Maurice et Madag., p. 227.
1837. **Gasteracantha** KOCH, Die Arachn., IV, p. 36 (ad partem).
1850. **Eurysoma** KOCH, Uebers. d. Arachn. Syst., 5, p. 9 (ad partem).
1866. » BLACKW., in Ann. Mag. Nat. Hist., 3 Ser., XVIII, p. 465 (ad partem).

Cephalothorax sub-quadratus, antice transverse elevatus et ordinibus duabus transversis tuberculorum armatus: ordine posteriore ex tuberculis 4 sub-conicis, anteriore ex 3, oculos gerentibus, formata; postice primum prærupte, tum lenius declivis; antice et in lateribus dense pilosus.

Oculi 8, in series duas valde appropinquantes, transversas, sub-parallelas dispositi, medii trapezium postice multo latius formantes, laterales bini sub-contingentes.

Mandibulæ crassissimæ, sub-perpendiculares.

Maxillæ sub-orbiculatæ.

Labium transversum, apice rotundatum.

Pedes proportione 1, 2, 4, (4, 2), 3 **), extus valde deplanati et dense pilosi; unguibus trinis, superioribus pectinatis, armati; aculeis nullis.

Abdomen magnum, sub-transversum, cephalothoracis partem posticam nudam abscondens, cute molliori tectum, pilosum, tuberculatum, sæpe in procursus altos elevatum, ocellis marginalibus carens.

Mamillæ 6, conicæ.

Rete magnum, orbiculare, verticale.

*) *Καιρωστρίς*, textrix.
**) In C. vicina (BLACKW.) pedes *4:ti* paris reliquis longiores sunt, secundum BLACKWALLIUM (loc. cit.)

Patria: Africa australis et Madagascar, ut et Java.
Typus: C. mitralis VINS.

Genus inter Epeiram et Gasteracantham fere intermedium, cum illa pilositate densiore corporis, pedum proportione, cute abdominis molliore, non coriacea etc. conveniens, ad hanc autem forma cephalothoracis antice elevati accedens. Sed pedibus deplanatis, tuberculis conicis cephalothoracis et toto fere habitu ab utroque genere valde differt; nec cum Eurysomate scutato (PERTY), quæ species ut typus generis Eurysomatis KOCH consideranda est, ullo modo conjungi potest. Nomen Eurysoma præterea jam antea generi cuidam Coleopterorum *) deditum fuit, et hoc loco etiam eam ob causam rejiciendum. Ejus vice nomen Eurycormam**) proponimus.—Eurycorma scutata (PERTY) cephalothoracis et pedum conformatione totoque habitu cum Gasteracanthis iis, quorum abdomen aculeis caret (G. hemisphærica KOCH) convenire videtur, sed differt defectu ocellorum marginalium in dorso abdominis. — Fam. illam 10 generis Epeiræ: »les Couronnées (Coronatæ)» WALCK. sive nostram Cærostrim ut proprium genus esse considerandam jam 1831 perspexit LATREILLE ***). — Mares hujus generis ignoti.

1. C. mitralis VINSON.

Syn. 1863. **Epeira mitralis** VINSON, Aran. de la Réun., Maurice et Madag., p. 230, Pl. IX, fig. 2—4.
?1859. » **paradoxa** DOLESCHALL, Tweede Bijdr. t. d. Kenn. d. Arachn. v. d. Ind. Arch., p. 37, Tab. IX, fig. 11, Tab. X, fig. 8.

Luteo-cinerea, fusco-varia, femoribus cæruleo-piceis, tibiis et metatarsis subtus albidis, annulis latis nigris, ventre nigro; abdomine in procursus duos humerales altos, conico-cylindratos, apice bi-tuberculatos elevato, tuberculisque pluribus munito: 14 (vel paucioribus) in seriem recurvam ante procursus humerales digestis, 1 inter eos, 2 in medio dorso, inter se valde remotis, 2 inter se proximis supra apicem abdominis sitis. — ♀ ad., long. 15—21 millim.; long. cephaloth. 7—9; long. abd. 12—16, lat. ejus 13—18 millim.

Var. β humilis, procursibus abdominis brevissimis, parum perspicuis.

Var. γ turrigera, procursibus abdominis longissimis, in medio sub-angustatis, diametro c:a 3:plo longioribus.

Cephalothorax sub-transversus, c:a 8 millim. longus, longitudine paullo latior (fere 9 millim.), antice late truncatus, in lateribus partis thoracicæ rotundatus, postice sub-truncatus, latitudine maxima (partis thoracicæ mediæ) paullo majore quam lat. frontis. Pars cephalica alte elevata, impressionibus lateralibus distinctis et linea recta transversa postice a parte thoracica divisa, versus frontem sensim declivis, supra valde inæqualis, pilis brevioribus appressis dense vestita; longitudo ejus latitudinem dimidiam frontis æquat et longitudinem mandibularum fere superat. Tubercula 4 fortia, acutiuscula, eodem fere spatio inter se distantia, sub-æqualia (media tamen paullo angustiora quam exteriora) seriem paullo procurvam paullo ante marginem posticum hujus partis formant; media duo sursum directa, parallela; exteriora duo oblique sursum et foras directa. Ante et paullo infra et extra hæc (exteriora posteriora) utrinque aliud tuberculum adest, ab iis spatio duplo minore sejunctum, quam quo distant posteriora inter se: hoc tuberculum oblongum est, obliquum, in medio transverse impressum vel quasi ex duobus concretum, e quibus anterius, quod oculos laterales gerit, plerumque humilius est et cum costa sub-procurva conjunc-

*) Eurysoma GISTL (Coleopt.)1829; Eurysoma KOCH (Aran.) 1839.
**) ἐυρύς, latus; κορμός, truncus.
***) Vid. LATREILLE, Cours d'Entom. p. 530.

tum, quæ ad vicinitatem marginis anterioris tuberculi oculorum mediorum ducta est. Hoc tandem tuberculum reliquis crassius, sed humilius, postice altius quam antice, superficie fere plana, trapeziformi, postice multo latius, ibique in medio impressum. Inter tubercula postica media usque ad tuberculum anticum medium impressio profunda, longitudinalis, sub-æqualis conspicitur, aliaque transversa, sub-obliqua, extus latior et profundior utrinque inter costam illam et tubercula duo exteriora. Clypeus sat humilis, margo ejus sub-sinuatus, in medio in procursum triangulum productus. Spatium (brevissimum) inter marginem clypei et oculum medium anticum parum majus, quam spatium inter oculos medios posticos. Mox pone tubercula media postica prærupte abit dorsum cephalothoracis (partis cephalicæ), dein vero (in parte thoracica) leniter declive est, vix nisi ad margines convexum, et fovea magna media longitudinali, impressioneque alia obliqua curvata utrinque præditum. Pars cephalothoracis elevata libera pilis appressis tecta est, latera partis thoracicæ satis anguste (quoad ab abdomine non teguntur) dense villosa; reliquum dorsum glabrum, nitidum. Sternum magnum, planum, pilosum, versus margines sub-elevatum, apice (postice) magis depresso. Oculi parvi: medii, in superficie declivi tuberculi medii antici siti, aream postice multo latiorem (1 millim. longam, $1\frac{2}{3}$ millim. latam) occupant; antici eorum posticis parum majores, spatio inter se distantes, quam diameter oculi saltem dimidio majore; postici medii duplo etiam longius inter se distant; antici a posticis paullo minus remoti sunt quam antici inter se. Oculi laterales bini sub-contingentes, in angulo frontis siti, a mediis longissime, fere 4 millim., distantes, iis paullo minores, præsertim posteriores, et margini frontis propiores; locum tenent in parte antica tuberculi exterioris anterioris, supra in latere ejus exteriore. Mandibulæ fortes, crassissimæ, sub-cylindratæ, intus ad apicem oblique truncato-angustatæ, perpendiculares vel paullo porrectæ, longitudine dimidiam frontis latitudinem fere superantes, latitudine $= \frac{3}{4}$ longitudinis, in dorso modice convexæ et pilis appressis villosæ, impressione ad angulum frontis; furca pro receptione unguis ordinibus duabus dentium obtusiorum, 5 (vel 4) in ordine exteriore, 3 in interiore armata. Unguis fortis, curvatus. Maxillæ amplæ, sub-orbiculatæ, in margine interiore dense et longe pilosi. Labium breve, semi-circulatum. Palpi cephalothorace paullo longiores (c:a 10 millim. longi), extus deplanati densiusque setosi et appresso-pilosi, in marginibus plumato-setosi: pars femoralis sub-cylindrata est, apice paullo incrassata, pars patellaris versus apicem paullo latiorem deplanata, pars tibialis magis etiam dilatata et deplanata, latitudine paullo longior, apice oblique truncata, lineis duabus longitudinalibus impressis notata; pars tarsalis eam longitudine æquans, versus apicem angustata, lanceolata, apice ungui pectinato instructa. Pedes proportione 1, 2, 4, 3; 1:mi paris cephalothorace $3\frac{1}{2}$ longiores *), 2:di paris iis c:a 1, 4:ti paris c:a 2 millim. breviores; 3:tii paris $= \frac{2}{3}$ longit. pedum 1:mi paris; femora sub-cylindrata, parcius pilosa, nitida, sequentia internodia pilis appressis densis tecta et, tarsis cylindratis apiceque metatarsorum pedum 4 anticorum versus apicem sensim magis angustatorum exceptis, lata, valde deplanata, præsertim tibiæ, supra plana, subtus magis convexa, in marginibus longius plumato-pilosa et setosa. Patellæ, tibiæ et basis metatarsorum lineis duabus sub-parallelis, longitudinalibus, impressis supra notatæ. In pedibus 4 anterioribus patellæ et tibiæ latiores sunt quam in 4 posterioribus: tibia 1:mi paris latitudine maxima non duplo longior, 4:ti vero paris plus duplo longior est. Tibia pedum 2:di paris paullulo latior quam tibia 1:mi paris, in margine exteriore manifeste rotundata. Ungues trini, fortes, superiores dentibus 6 (in ped. saltem 1:mi paris) pectinati. Abdomen magnum, longe pone marginem anticum cephalothoraci affixum, partem posticam ejus declivem, marginibus exceptis, abscondens: antice et in lateribus antice rotundato-truncatum, tum fortiter rotundatum, apice tamen paullo producto, rotundato-triangulo; paullo latius quam longius (long. c:a 13, lat. max. c:a 15 millim.), cute molliore, non coriacea, in dorso tuberculis minutis scabra, pilis brevioribus appressis villosa tectum; post partum deplanatum, cute præsertim supra anum et petiolum ut et in lateribus plicata, ante partum antice altum, convexum, versus cephalothoracem prærupte, postice lenius declive; antice, paullo intra margines, elevatum est in procursus duos crassos, molles, conico-cylindratos, diametrum mediam plerumque altitudine æquantes, immo ea dimidio—duplo altiores, aut erectos, sub-parallelos, aut paullo foras quoque directos, divaricantes, apice oblique truncato et in dua tubercula conica exeunti; ante hos procursus series recurva tuberculorum parvorum c:a 14 adest, quorum exteriora in latus anterius procursuum plerumque adscendunt; in

---

*) A basi coxarum pedes 4 anteriores c:a $1\frac{1}{2}$, 4 posteriores c:a 2 millim. longiores sunt. In exemplo uno pedum 1:mi paris coxa cum troch. $3\frac{1}{2}$, fem. $7\frac{1}{2}$, pat. $4\frac{1}{2}$, tib. 6, metat. 7, tars. $2\frac{1}{2}$: = 31 millim.; pedum 4:ti paris coxa c. tr. 4, fem. $7\frac{1}{4}$, pat. 4, tib. $5\frac{1}{4}$, metat. $6\frac{1}{4}$, tars. $2\frac{1}{4}$ = 29 millim. Hoc modo mensi pedes 4:ti paris vix vel parum breviores sunt, quam pedes 2:di paris.

medio inter procursus aliud tuberculum, plerumque paullo majus, conspicitur; paullo pone medium dorsi, versus latera ejus, adsunt alia tubercula duo inter se longe distantia, ut et tubercula duo inter se proxima supra apicem abdominis. Interdum alia duo paullo supra hæc cum iis quadratum parvum formant. Omnia tubercula, ad magnitudinem valde variantia et interdum parum manifesta, mucrone obtuso, duro in apice aucta sunt. Dorsum abdominis præterea punctis impressis 6 majoribus notatum: 2 magis approximatis inter procursus humerales sitis, 4 reliquis in rectangulum magnum, latiorem quam longiorem, inter tubercula dorsualia medium, dispositis. Venter latus, parum convexus. Plaga genitalis sive vulva transversa: ex foveis duabus sub-rotundatis, postice coëuntibus, costa fere V-formi sejunctis constare videtur; margo ejus anticus aculeis duabus parvis, basi unitis, extus valde divaricantes, retro vel deorsum flexis armatus. Mamillæ in ipso apice abdominis sitæ, 6, conicæ, ut in Epeiris conformatæ.

Color fere suberis: lutescenti-cinereus, fusco- vel ferrugineo- et nigro-vario. Cephalothorax nigro-piceus, parte antica elevata pilis appressis cinereis, rufo-fuscis intermixtis, varia, parte thoracica in lateribus fulvo- vel cinereo-villosa, cetero cum declivitate postica partis cephalicæ glabra, nigro-picea, versus marginem posticum rufescenti. Sternum nigrum. Oculi nigricantes. Mandibulæ nigro-piceæ, in dorso cinereo- et fusco-pilosæ, intus ad apicem longius fulvo-pilosæ, ungue apice rufescenti. Maxillæ et labium nigra, illæ margine interiore testaceo et longius fulvo- vel rufo-piloso. Palpi pilis densis cinereis et fuscis tecti, sub-maculosi, in fundo ferruginei vel fusci. Pedes quoque hujus coloris, internodiis, tibiis præsertim, apice fuscioribus: coxæ cum trochanteribus piceæ; femora picea, apice fusciora, cæruleo-micantia, parcius nigro-pilosa; reliqua internodia pilis densis cinereis, intermixtis ferrugineis et nigricantibus, varia, ita tamen, ut basis internodiorum clarior evadat, apex vero obscurior; subtus tibia dimidia (basi) pilis cæsio-albidis, tum (apice) pilis nigris dense est vestita; metatarsi eodem modo cæsio-albidi, apice plus minus late nigri sunt, duo quidem postici annulo tantum angusto nigro versus apicem; tarsi ad maximam partem nigricantes. Abdomen supra et in lateribus ferrugineo- vel luteo-cinereum, punctis minutis impressis nigris dense conspersum, præsertim in lateribus, fasciis et lineis fuscis vel nigris, ad formam et magnitudinem valde variantibus, vitta interdum ante procursus transversa colore clariore, albicanti. Venter niger, linea parva transversa, sub-procurva, alba in medio utrinque; anterius versus latera colore est clariore, scutis pulmonalibus ferrugineo-fuscis. Mamillæ fusco-cinereæ vel nigricantes.

Var. β differt procursibus humeralibus abdominis brevissimis vel vix ullis; tubercula eorum bina apicalia in hac varietate tubero humili, interdum parum conspicuo imposita sunt. Præterea omnibus numeris cum forma principali congruere videtur.

Var. γ procursibus humeralibus abdominis longissimis, in medio sub-angustatis, diametro media circiter 3:plo vel ultra longioribus differt. Pars postica tuberculi exterioris anterioris in cephalothorace non altior quam pars ejus antica. Loco tuberculorum 14, quæ in Var. α (forma principali) et Var. β lineam recurvam ante procursus humerales formant, in hac varietate 10 tantum video, quorum duo in medio cum binis in basi procursus lineam recurvam formant, singulum utrinque, paullo humilius in basi procursus situm, cum duobus illis mediis lineam pro- vel decurvam designat; ultimum denique locum longe a reliquis, prope apicem procursus, obtinuit. Præterea nullam differentiam invenire potui. Unicum exemplum femineum vidi (long. cephalothoracis $8\frac{1}{2}$ millim., latit. ejus maxima $9\frac{1}{2}$, long. ped. 1:mi paris 29, long. abd. $15\frac{1}{2}$, lat. ejus maxima $16\frac{1}{2}$ millim., long. procursuum abd. 13 millim.) Fortasse propria species.

Patria: Caffraria et Madagascar. In Caffraria Cel. J. A. WAHLBERG feminas aliquot, supra descriptas, collegit; in Madagascar hæc species inventa est a VINSON, qui rete ejus verticale quoque vidit. — »Lorsqu'elle est jeune elle est d'un gris blanchâtre; les deux cônes qui s'élèvent sur l'abdomen sont très-renflés; mais les pointes épineuses qui les surmontent, ainsi que celles du corselet sont alors peu apparentes.» VINS. loc. cit. p. 232.

Epeira paradoxa DOLESCHALL *) ex Java huic speciei valde affinis est et fortasse ab ea non diversa, sed imperfectius multo est descripta, quam ut hoc pro certo affirmare audeam. Nomen VINSONII, quamquam ætate posterius, ideo retinui.

---

*) DOLESCHALL, Tweede Bijdrage tot de Kennis der Arachniden van den Indischen Archipel, p. 37, Tab. IX, fig. 11, et Tab. X, fig. 8, in Act. Soc. Scient. Indo-Neerl. Vol. V (1859).

2. C. Keyserlingii n.

Luteo-cinerea, fusco-varia, femoribus piceo-cæruleis, tibiis et metatarsis subtus albidis, annulis latis nigris, ventre nigro; abdomine supra, antice, in duos procursus longissimos, sensim angustatos, apice sub-acuminatos, basi approximatos, extus divaricantes et paullo recurvos producto, tuberculisque aliquot parvis, in lineam recurvam ante et in basi procursuum dispositis munito; præterea tuberculo 1 in medio inter eos, 2 in medio dorso inter se longe remotis, 2 inter se proximis supra apicem abdominis sitis. — ♀ ad., long. c:a 20 millim.

Cephalothorax, sternum, oculi, partes oris, palpi et pedes omnino ut in specie priori ad formam et proportiones; longit. cephalothoracis 8¼, latit. ejus maxima 9¼ millim.; long. pedum 1:mi paris 29, 3:tii paris 19 millim. Abdomen ad formam universam quoque fere ut in illa: sub-transversum, pentagono-rotundatum, antice rotundato-truncatum, tum usque ad medium lateribus sub-rectis sensim dilatatum, dein lateribus primum fortiter, postea leviter rotundatis ad apicem triangulariter rotundatum angustatum; supra (ante partum) alte convexum, præsertim antice; long. c:a 15, lat. 16 millim. Antice, paullo inta margines anticum et laterales, cornua duo mollia, paullo recurva, divaricantia emittit, sursum et paullo foras et retro directa, ad basin parum (2—3 millim.) distantia, apicibus vero c:a 17 millim. inter se remotis; hæc cornua longissima sunt, longitudinem abdominis fere æquantia (14½ millim.), ad basin sat crassa, dein vero satis æqualiter angustata (diam. ad basin 4½, in medio 3, ad apicem vix 1 millim.), apice ipso obtuso. In latere antico tuberculis vix conspicuis sub-inæqualia sunt; paullo ante basin eorum tubercula duo sat parva cum binis aliis in et ad basin lateris eorum anterioris sitis lineam recurvam formant; præterea tuberculum parvum in medio inter cornua et duo in medio dorsi ut in specie priori adsunt, ut et tubercula duo alia paullo majora, valde approximata, supra apicem abdominis, fere in medio inter hæc tubercula et mamillas. Venter cum mamillis et vulva ut in illa conformatus.

Color fere omnino ut in C. mitrali, femoribus tantum fortasse magis cæruleis. Abdomen in exemplo, quod vidi, clarius luteo-cinereum, lineis duabus a basi cornuum versus mamillas ductis, sinuosis, fascia utrinque ad basin cornuum in latere eorum interiore, fasciisque duabus in declivitate abdominis antica parallelis, linea alba intus terminatis, fuscis. Venter niger, maculis duabus parvis, transversis, mediis, albis, ut in priore.

Patria: Caffraria. Unicum specimen femineum ibi a Wahlberg lectum est.

3. C. Wahlbergii n.

Fusco- vel luteo-cinerea, fusco-varia, femoribus nigris, cæruleo-micantibus, tibiis et metatarsis subtus albidis, annulis latis nigris, ventre nigro; abdomine antice intra margines laterales transverse in procursum latissimum, erectum, tri-partitum elevato, cujus pars media, in apice tri-tuberculata, altior et multo crassior est, quam sunt partes duæ laterales. — ♀ ad., long. c:a 19 millim.

Ad formam hæc species cum duabus prioribus omnino congruere videtur, abdomine excepto, quod speciem valde peculiarem præ se fert. Longit. cephalothoracis 8 millim., lat. ejus maxima 9; long. palporum c:a 10, pedum 1:mi paris 29, 2:di paris 27, 3:tii paris 19, 4:ti paris 26 millim. — Abdomen antice et utrinque in lateribus ante medium rotundato-truncatum, circa medium et dein postice æqualiter et fortiter rotundatum, apice parum prominente; longitudine paullo latius est (15 millim. longum, 16 millim. latum); supra (post partum) modice convexum, cute circum marginem plicas profundas, latas formante; antice, paullo intra margines laterales, prærupte in procursum altum, transversum, 9—11 millim. latum surgit, qui impressionibus vel incisuris duabus plus minus profundis in tres partes erectas, parallelas divisus est: pars media alta (altitudine, inter puncta dorsi impressa anteriora et apicem mensa, c:a

7 millim.), crassissima (diametro media c:a 4 millim.), cylindrato-sub-conica, apice obtuso et tuberculis tribus terminato, anticis duobus paullo minoribus quam tertio, postico. In altero exemplorum duorum, quæ sub oculis habeo, incisura, quæ partes laterales a media dividit, sat profunda (c:a 3 millim.) est, et partes illæ eæ quoque cylindrato-conicæ, parte media multo angustiores (diam. bas. 2—3 millim.) et ea c:a $2\frac{1}{2}$ millim. humiliores, in apice tuberculis binis terminatæ et præterea infra apicem, in latere anteriore, tuberculo tertio munitæ. In exemplo altero partes laterales brevissimæ sunt, parum elevatæ, tuberculo illo tertio non in iis, sed in latere interiore partis mediæ sito. Vestigia tuberculorum in margine antico abdominis paullo supra cephalothoracem vidisse videor; tubercula duo in medio dorso, ut et duo valde approximata supra apicem adsunt quidem, ut in formis prioribus, sed parum sunt manifesta. Vulva ut in prioribus e duabus impressionibus sub-ovatis, obliquis, apicibus postice coëuntibus, costa V-formi disjunctis constat: in medio fovearum elevatio oblongo-rotundata, medio impressa conspicitur; margo epigynes anticus duobus aculeis, ad basin unitis armatus est, ut in illis.

Color fere ut in prioribus: cephalothorax in fundo nigro-fuscus, pilis densis luteis et cinereis, intermixtis fuscioribus, vestitus, in lateribus fulvo-villosus. Sternum et partes oris nigra: mandibulæ in dorso, præsertim versus basin, pilis cinereis et luteis variæ, intus ad apicem longius fulvo-pilosæ; maxillæ in margine intus testaceæ, fulvo-pilosæ, labium quoque in summo margine testaceum. Palpi supra colore pedum, subtus nigro-fusci. Pedum color fere ut in C. mitrali: coxæ, trochanteres et femora nigra, hæc parum cæruleo-micantia. Patellæ et tibiæ in fundo fuscæ sunt, apice nigricantes; metatarsi et tarsi magis ferruginei: omnia hæc internodia supra pilis densis cinereis vestita, ferrugineis et nigris pilis intermixtis sub-maculata, apice internodii late obscuriore; in margine setis et pilis longis, plerisque albicantibus, plumosa; subtus cæsio-albido- et nigro-annulata eodem modo omnino, quo in C. mitrali. Abdomen supra cinereum, fusciore- et clariore-varium, lineis curvatis nigricantibus in dorso, et plaga interdum clariore, cinereo-albida postice in procurso medio et ad latera abdominis infra procursus laterales; declivitas antica fasciis notatur fuscioribus duabus ad longitudinem ductis, parallelis, intus stria albicanti limitatis, spatio interjecto sub-luteo. Venter totus niger, linea tenui media transversa, in medio interrupta, alba, scutis pulmonalibus nigro-fuscis. Mamillæ nigricantes.

Patria: Caffraria, unde duo exempla feminea, in spiritu vini asservata, domum misit WAHLBERG.

4. C. Vinsonii N.

Luteo- et albido-cinerea, mandibulis ferrugineis, femoribus ferrugineo-piceis, tibiis et metatarsis subtus albidis, annulis latis nigris, ventre nigro; abdomine supra tuberculis 15 armato: 4 utrinque in margine laterali antico; 2 humeralibus, paullo majoribus, et 1 inter et paullo ante ea; tum 2 in dorso posteriore, cum tuberculis humeralibus trapezium magnum, latum formantes; 2 demum, inter se proximis, supra apicem abdominis sitis. — ♀ ad; long. c:a 20 millim.

Cephalothorax (long. $9\frac{1}{4}$, latit. max. $9\frac{1}{4}$, lat. frontis 8 millim.) ad formam ut in C. mitrali fere omnino: differt tantum tuberculis omnibus paullo humilioribus, obtusioribus, tuberculo oculorum lateralium *non* in medio impresso. Sternum planum, ad insertiones coxarum in tubercula parum conspicua elevatum. Oculi ut in C. mitrali dispositi, fortasse paullulo majores: medii aream $1\frac{1}{3}$ millim. longam, 2 millim. latam occupant. Mandibulæ, maxillæ et labium ut in illa, mandibulæ tamen ad angulum frontis parum impressæ, latit. = $\frac{7}{10}$ longitudinis. Palpi et pedes quoque omnino ut in prioribus ad formam et pilositatem, tibiæ 2:di paris vero margine exteriore fere recto, vix rotundato; proportio pedum, a margine cephalothoracis mensorum, 1, 2, 4, 3 (pedes 1:mi paris $31\frac{1}{2}$, 2:di $30\frac{1}{2}$, 3:tii 20, 4:ti $29\frac{1}{2}$ millim. longi), a basi coxarum autem 1, 4, 2, 3: 4:ti paris tum c:a $\frac{1}{2}$ millim. longiores sunt quam 2:di. Abdomen longitudine (c:a 15 millim.) parum latius, antice ter rotundato-truncatum, in medio et lateribus postice satis æqualiter rotundatum, apice parum prominente, in dorso paribus tribus, fere æqualiter inter se distantibus, punctorum impressum, quæ majora sunt quam in formis prioribus, mediis inter se paullo magis remotis quam reliquis; ad margines anticum et laterales quoque punctis sat magnis impressum est; post partum

antice pro receptione cephalothoracis excavatum et foveis impressis pluribus notatum, supra parum convexum, postice plicatum; tuberculis saltem 15 (vel paucioribus?) in dorso præditum: utrinque in margine anteriore 4, quorum primum reliquis minus est; 1 utrinque eodem loco, quo surgit procursus humeralis in C. mitrali, paullo intra ultimum (posticum) priorum: hæc duo inter se longe distantia paulloque majora sunt et cum duobus illis priorum ultimis vel posticis lineam transversam fere rectam formant. In medio inter et paullo ante hæc tubercula humeralia tuberculum singulum adest; duo alia tubercula parva pone medium dorsi sita cum iis figuram quadrilateram fere duplo latiorem quam longiorem, antice paullo latiorem quam postice, formant. Etiam inter hæc duo et mamillas tubercula 2 inter se proxima ut in prioribus conspiciuntur. Omnia tubercula apice mucrone parvo, corneo, obtuso aucta. Venter parum convexus, mamillis ut in prioribus. Vulva ut in iis transversa, sed foveæ ejus duæ minores sunt, et antice plaga elevata, transversa, cornea, quæ impressione media, postice latiore notatur, est limitata; aculei duo recurvi, basi non uniti, in margine anteriore hujus plagæ, longe ante foveas conspiciuntur.

Cephalothorax supra, antice, ferrugineo-fuscus, pilis densis, appressis, cinereo-luteis vestitus, postice magis piceus, in lateribus pilis longioribus cinereo-luteis sub-villosus, ipso margine testaceo. Sternum piceo-ferrugineum. Oculi nigricantes. Mandibulæ ferrugineæ, cinereo-pilosæ, ipso apice fusciore. Maxillæ et labium picea, illæ apice intus testaceæ, fulvo-pilosæ. Palpi ferruginei, supra extus pilis luteo-cinereis, appressis, densis tectæ, ad apicem intermixtis nigris sub-maculati, subtus ferrugineo-picei. Pedes quoque extus in fundo ferruginei, coxis ferrugineo-piceis; femoribus vix vel non cœruleo-micantibus, pilis longioribus nigris et luteis subtus conspersis: 4 anterioribus ferrugineo-piceis, 4 posterioribus obscurius piceis. Patellæ subtus piceæ; supra cum tibiis et seqventibus internodiis pilis densis, appressis, luteo-cinereis vestitæ sunt; metatarsi et tarsi annulo vel macula prope apicem infuscati; subtus tibiæ basi late pilis albidis tectæ, tum usque ad apicem nigræ, nigro-pilosæ; metatarsi eodem modo albidi, annulo lato ad apicem nigro, ipso apice, pedum 3:tii paris exceptis, tamen albido; tarsi nigri, in pedibus anterioribus basi anguste albicantes. Abdomen supra fuscius luteo-cinereum, antice, ante tubercula humeralia, late clarius, cinereo-albidum, maculaque hujus coloris utrinque pone tubercula dorsualia media. Vestigia linearum nigricantium postice in fundo plicarum quoque adsunt. Venter sordide niger, maculis duabus parvis, luteis pone vulvam, regione circa hanc purius nigra; antice in lateribus nigro-cinereus. Mamillæ nigricantes.

Patria: Caffraria. Unicum exemplum femineum vidi, a WAHLBERG captum.

Hæc species eadem fortasse est, quæ a FABRICIO sub nomine Ar. sex-cuspidatæ descripta est et ad Caput Bonæ Spei invenitur *). Quæ autem de ea FABRICIUS dixit, in plerasque hujus generis species æque cadunt, nec de tuberculis abdominis, nec de colore ventris ullam mentionem fecit. Species, quam KOCH ut Gasteracantham (Eurysoma) sex-cuspidatam (FABR.) descripsit et depinxit**), alia saltem est, quam nostra aranea; secundum figuram (pessimam quidem) a KOCHIO datam colorem multo obscuriorem habere videtur: venter ejus est »pulchre ochraceus, macula nuda, nigro-fusca circa vulvam.» De tuberculis in margine anteriore abdominis nihil dicitur. — WALCKENAER quoque araneam Cærostri Vinsonii valde propinquam, et fortasse ab ea non diversam, ut A. sex-cuspidatam FABR. descripsit: in hac specie, quam novo nomine Epeiram imperialem vocat***), etsi non tantum A. sex-cuspidatam FABR., verum etiam Gaster. sex-cuspidatam KOCH ad eam refert, abdomen tuberculis 11 habere dicitur, »trois de chaque coté rangés longitudinalement, trois rangés transversalement à la partie antérieure, et deux rangés de même à la partie posterieure,» quæ de C. Vinsonii quidem dici possent; sed descriptio coloris non bene in nostram araneam quadrat; de ventris colore omnino nihil dicitur. Duas forsitan species diversas, ad Caput Bonæ Spei inventas, sub nomine E. imperialis confudit WALCKENAER: exemplum, quod discripsit, 9 lineas (25 millim.) longum erat, sed etiam de exemplis 5 tantum lineas ($13\frac{1}{2}$ millim.) longis locutus est (loc. cit. p. 148). Hæc parva exempla antea (1805) nomine Fabriciano Epeiram sex-cuspidatam†)

*) Ent. Syst., II, pag. 427.
**) Die Arachn., IV, p. 36, fig. 271. — Uebers. d. Arachn. Syst., 5, p. 10.
***) Hist. Nat. d. Ins. Apt., II, p. 147; Atlas, Pl. 18, figg. 1 A — 1 D.
†) Tableau des Aranéides, p. 67.

appellaverat. — C. Vinsonii non minus affinis est Eurysoma vicina BLACKW.*), cujus tubercula abdominalia omnino ut in nostra specie ordinata esse videntur; sed pedes *4:ti* paris reliquis longiores, colorem cephalothoracis et mandibularum obscuriorem, aculeum vulvæ unicum etc. habere dicitur. — Veri simile mihi videtur, plures species A. sex-cuspidatæ FABR. affines in Africa gigni, quarum quæ vera A. sex-cuspidata sit, non facile erit ad extricandum; melius saltem duxi, nostram speciem, in Caffraria lectam, nomine novo describere, quam vetus valde incertum usurpare.

Ad genus Cærostris pertinet quoque Epeira tuberculosa VINS. (loc. cit. p. 228) ex ins. Madagascar.

Genus PENIZA N. **).

Syn. 1865. **Eurysoma** BLACKW., in Ann. Mag. Nat. Hist., 3 Ser., XVI, p. 348 et 349 (ad partem).

Cephalothorax oblongus, antice angustatus, altius et satis æqualiter convexus.

Oculi 8, in series duas sub-parallelas digesti: medii fere quadratum formantes; laterales longe ab iis remoti, bini tuberculo in angulo frontis impositi, sub-contingentes.

Mandibulæ breviores, crassæ, conicæ, sub-perpendiculares.

Maxillæ sub-orbiculatæ.

Labium transversum, apice rotundatum.

Pedes breves, pilosi et setosi, unguibus trinis, superioribus pectinatis, instructi; 1:mi, 2:di et 3:tii paris longitudine parum inter se discrepantes, 3:tii paris reliquis breviores.

Abdomen sub-coriaceum, inerme, ocellis non in medio tantum dorso præditum, verum etiam in margine corona ocellorum cinctum.

Vitæ degendi ratio et rete ignota, verisimiliter ut in genere Gasteracantha sese habentia.

Patria: Africa australis et orientali-centralis.

Genera Gasteracantha (SUND.) et Cyrtogaster KEYSERL. (cujus nominis vice, jam antea usurpati***), Cyrtarachne NOB. proponitur) huic novo generi proxima sunt; a Gasteracantha vero differt Peniza præsertim forma cephalothoracis antice *non* elevati, a Cyrtarachne autem imprimis abdomine inermi, corona comp leta ocellorum marginalium circumdato, et cephalothorace longiore quam latiore. — Mares ignoti.

1. P. testudo N.

Cephalothorax cum basi pedum extus nigricantium testaceus; abdomen sub-orbiculatum, paullo latius quam longius, supra satis convexum, maculis magnis flavis pictum, quæ lineis nigris angulatis, per ocellos ductis sejunguntur. — ♀ ad.(?), long. c:a 10 millim.

Cephalothorax nitidus, glaber, latitudine paullo longior (long. 4 millim., lat. max. partis thoracicæ 3½, lat. frontis 2½ millim.), satis alte convexus, versus petiolum fortius, versus frontem lenius declivis,

*) Ex parte australi-orientali Africæ æquatorialis Vide BLACKWALL: A List of Spiders captured in the South-East Region of Equatorial Africa etc. in Ann. and Mag. of Nat. Hist., 3 Ser, XVIII (1866) p. 465.

**) πηνίζομαι, texo.

***) Cyrtogaster WALK. (Hymenopt.) 1833; Cyrtogaster KEYSERL. (Aran.) 1864. — Cyrtog. excavata L. KOCH (Beschr. n. Arachn. u. Myriap., in Verhandl. d. zool.-bot. Gesellsch. in Wien, XVII (1868), p. 175), ad nostram Celæniam pertinere videtur.

antice pro receptione cephalothoracis excavatum et foveis impressis pluribus notatum, supra parum convexum, postice plicatum; tuberculis saltem 15 (vel paucioribus?) in dorso præditum: utrinque in margine anteriore 4, quorum primum reliquis minus est; 1 utrinque eodem loco, quo surgit procursus humeralis in C. mitrali, paullo intra ultimum (posticum) priorum: hæc duo inter se longe distantia paulloque majora sunt et cum duobus illis priorum ultimis vel posticis lineam transversam fere rectam formant. In medio inter et paullo ante hæc tubercula humeralia tuberculum singulum adest; duo alia tubercula parva pone medium dorsi sita cum iis figuram quadrilateram fere duplo latiorem quam longiorem, antice paullo latiorem quam postice, formant. Etiam inter hæc duo et mamillas tubercula 2 inter se proxima ut in prioribus conspiciuntur. Omnia tubercula apice mucrone parvo, corneo, obtuso aucta. Venter parum convexus, mamillis ut in prioribus. Vulva ut in iis transversa, sed foveæ ejus duæ minores sunt, et antice plaga elevata, transversa, cornea, quæ impressione media, postice latiore notatur, est limitata; aculei duo recurvi, basi non uniti, in margine anteriore hujus plagæ, longe ante foveas conspiciuntur.

Cephalothorax supra, antice, ferrugineo-fuscus, pilis densis, appressis, cinereo-luteis vestitus, postice magis piceus, in lateribus pilis longioribus cinereo-luteis sub-villosus, ipso margine testaceo. Sternum piceo-ferrugineum. Oculi nigricantes. Mandibulæ ferrugineæ, cinereo-pilosæ, ipso apice fusciore. Maxillæ et labium picea, illæ apice intus testaceæ, fulvo-pilosæ. Palpi ferruginei, supra extus pilis luteo-cinereis, appressis, densis tectæ, ad apicem intermixtis nigris sub-maculati, subtus ferrugineo-picei. Pedes quoque extus in fundo ferruginei, coxis ferrugineo-piceis; femoribus vix vel non cœruleo-micantibus, pilis longioribus nigris et luteis subtus conspersis: 4 anterioribus ferrugineo-piceis, 4 posterioribus obscurius piceis. Patellæ subtus piceæ; supra cum tibiis et seqventibus internodiis pilis densis, appressis, luteo-cinereis vestitæ sunt; metatarsi et tarsi annulo vel macula prope apicem infuscati; subtus tibiæ basi late pilis albidis tectæ, tum usque ad apicem nigræ, nigro-pilosæ; metatarsi eodem modo albidi, annulo lato ad apicem nigro, ipso apice, pedum 3:tii paris exceptis, tamen albido; tarsi nigri, in pedibus anterioribus basi anguste albicantes. Abdomen supra fuscius luteo-cinereum, antice, ante tubercula humeralia, late clarius, cinereo-albidum, maculaque hujus coloris utrinque pone tubercula dorsualia media. Vestigia linearum nigricantium postice in fundo plicarum quoque adsunt. Venter sordide niger, maculis duabus parvis, luteis pone vulvam, regione circa hanc purius nigra; antice in lateribus nigro-cinereus. Mamillæ nigricantes.

Patria: Caffraria. Unicum exemplum femineum vidi, a WAHLBERG captum.

Hæc species eadem fortasse est, quæ a FABRICIO sub nomine Ar. sex-cuspidatæ descripta est et ad Caput Bonæ Spei invenitur *). Quæ autem de ea FABRICIUS dixit, in plerasque hujus generis species æque cadunt, nec de tuberculis abdominis, nec de colore ventris ullam mentionem fecit. Species, quam KOCH ut Gasteracantham (Eurysoma) sex-cuspidatam (FABR.) descripsit et depinxit**), alia saltem est, quam nostra aranea; secundum figuram (pessimam quidem) a KOCHIO datam colorem multo obscuriorem habere videtur: venter ejus est »pulchre ochraceus, macula nuda, nigro-fusca circa vulvam.» De tuberculis in margine anteriore abdominis nihil dicitur. — WALCKENAER quoque araneam Cærostri Vinsonii valde propinquam, et fortasse ab ea non diversam, ut A. sex-cuspidatam FABR. descripsit: in hac specie, quam novo nomine Epeiram imperialem vocat***), etsi non tantum A. sex-cuspidatam FABR., verum etiam Gaster. sex-cuspidatam KOCH ad eam refert, abdomen tuberculis 11 habere dicitur, »trois de chaque coté rangés longitudinalement, trois rangés transversalement à la partie antérieure, et deux rangés de même à la partie posterieure,» quæ de C. Vinsonii quidem dici possent; sed descriptio coloris non bene in nostram araneam quadrat; de ventris colore omnino nihil dicitur. Duas forsitan species diversas, ad Caput Bonæ Spei inventas, sub nomine E. imperialis confudit WALCKENAER: exemplum, quod discripsit, 9 lineas (25 millim.) longum erat, sed etiam de exemplis 5 tantum lineas ($13\frac{1}{2}$ millim.) longis locutus est (loc. cit. p. 148). Hæc parva exempla antea (1805) nomine Fabriciano Epeiram sex-cuspidatam†)

*) Ent. Syst., II, pag. 427.

**) Die Arachn., IV, p. 36, fig. 271. — Uebers. d. Arachn. Syst., 5, p. 10.

***) Hist. Nat. d. Ins. Apt., II, p. 147; Atlas, Pl. 18, figg. 1 A — 1 D.

†) Tableau des Aranéides, p. 67.

appellaverat. — C. Vinsonii non minus affinis est Eurysoma vicina Blackw.*), cujus tubercula abdominalia omnino ut in nostra specie ordinata esse videntur; sed pedes *4:ti* paris reliquis longiores, colorem cephalothoracis et mandibularum obscuriorem, aculeum vulvæ unicum etc. habere dicitur. — Veri simile mihi videtur, plures species A. sex-cuspidatæ Fabr. affines in Africa gigni, quarum quæ vera A. sex-cuspidata sit, non facile erit ad extricandum; melius saltem duxi, nostram speciem, in Caffraria lectam, nomine novo describere, quam vetus valde incertum usurpare.

Ad genus Cærostris pertinet quoque Epeira tuberculosa Vins. (loc. cit. p. 228) ex ins. Madagascar.

Genus PENIZA n. **).

Syn. 1865. **Eurysoma** Blackw., in Ann. Mag. Nat. Hist., 3 Ser., XVI, p. 348 et 349 (ad partem).

Cephalothorax oblongus, antice angustatus, altius et satis æqualiter convexus.

Oculi 8, in series duas sub-parallelas digesti: medii fere quadratum formantes; laterales longe ab iis remoti, bini tuberculo in angulo frontis impositi, sub-contingentes.

Mandibulæ breviores, crassæ, conicæ, sub-perpendiculares.

Maxillæ sub-orbiculatæ.

Labium transversum, apice rotundatum.

Pedes breves, pilosi et setosi, unguibus trinis, superioribus pectinatis, instructi; 1:mi, 2:di et 3:tii paris longitudine parum inter se discrepantes, 3:tii paris reliquis breviores.

Abdomen sub-coriaceum, inerme, ocellis non in medio tantum dorso præditum, verum etiam in margine corona ocellorum cinctum.

Vitæ degendi ratio et rete ignota, verisimiliter ut in genere Gasteracantha sese habentia.

Patria: Africa australis et orientali-centralis.

Genera Gasteracantha (Sund.) et Cyrtogaster Keyserl. (cujus nominis vice, jam antea usurpati***), Cyrtarachne nob. proponitur) huic novo generi proxima sunt; a Gasteracantha vero differt Peniza præsertim forma cephalothoracis antice *non* elevati, a Cyrtarachne autem imprimis abdomine inermi, corona completa ocellorum marginalium circumdato, et cephalothorace longiore quam latiore. — Mares ignoti.

1. P. testudo n.

Cephalothorax cum basi pedum extus nigricantium testaceus; abdomen sub-orbiculatum, paullo latius quam longius, supra satis convexum, maculis magnis flavis pictum, quæ lineis nigris angulatis, per ocellos ductis sejunguntur. — ♀ ad.(?), long. c:a 10 millim.

Cephalothorax nitidus, glaber, latitudine paullo longior (long. 4 millim., lat. max. partis thoracicæ 3½, lat. frontis 2½ millim.), satis alte convexus, versus petiolum fortius, versus frontem lenius declivis,

---

*) Ex parte australi-orientali Africæ æquatorialis Vide Blackwall: A List of Spiders captured in the South-East Region of Equatorial Africa etc. in Ann. and Mag. of Nat. Hist., 3 Ser, XVIII (1866) p. 465.

**) πηνίζομαι, texo.

***) Cyrtogaster Walk. (Hymenopt.) 1833; Cyrtogaster Keyserl. (Aran.) 1864. — Cyrtog. excavata L. Koch (Beschr. n. Arachn. u. Myriap., in Verhandl. d. zool.-bot. Gesellsch. in Wien, XVII (1868), p. 175), ad nostram Celæniam pertinere videtur.

impressionibus cephalicis debilibus longe pone medium in foveam parum profundam coëuntibus; parte cephalica igitur magna, sat convexa, præsertim postice, antice ad frontem lateribus sub-rectis, brevibus paullo angustata, antice truncata, tuberculo magno medio, sub-quadrato, oculos medios gerenti; parte thoracica in lateribus convexis et amplis rotundata, declivitate postica sub-plana. Sternum cordatum, tuberculis parvis ad labium et insertiones coxarum. Oculi margini frontis proximi, sat parvi, sub-æquales, medii antici tamen reliquis majores: 4 medii, tuberculo magno impositi, aream paullo latiorem quam longiorem, postice parum latiorem occupant; antici eorum spatio inter se sejuncti, quod dimidio minus est, quam quo distant postici inter se, et diametrum oculi antici saltem æquat; a margine frontis non longius distant, quam inter se et a mediis posticis. Oculi laterales, a mediis valde remoti et bini in tuberculo parvo, angulum frontis formanti impositi, inter se sub-contingentes; antici eorum a margine frontis vix magis remoti, quam medii antici. Mandibulæ conicæ, ad basin femore antico paullo crassiores, diametro basali dimidio longiores, in dorso parum convexæ, pilosæ, intus ad apicem dentibus 3 fortibus armatæ; ungue sat brevi, curvato. Maxillæ breves, sub-orbiculatæ. Labium semi-circulatum. Palpi sat breves, metatarsis anticis paullo crassiores, parte tarsali ad apicem sub-angustata, ungue parvo armata. Pedes ut in genere Gasteracantha conformati, breves, sat graciles, cum palpis pilosi et setosi, non vero aculeati; proportione 1, 2, 4 (4, 2?), 3; 1:mi paris cephalothorace paullo plus $2\frac{1}{2}$ longiores ($10\frac{1}{2}$ millim.), 2:di et 4:ti paris inter se sub-æquales, iis parum tantum breviores, 3:ii paris cephalothorace vix plus dimidio longiores; ungues tarsorum mediocres: superiores dentibus c:a 5, exterioribus 2 reliquis multo majoribus, inferior quoque dentibus duobus munitus. Abdomen maximum, glabrum, sub-nitidum, coriaceum, fere orbiculatum, paullo tamen latius quam longius ($10\frac{1}{2}$ millim. latum, $9\frac{1}{2}$ millim. longum), supra altius convexum, præsertim antice, subtus planum, fere concavum, ante petiolum pro receptione cephalothoracis excavatum, petiolo longe pone marginem anticum, paullo ante centrum ventris sito, ideoque maximam partem cephalothoracis abscondens; ocellis sat parvis, plerisque rotundatis, ut in gen. Gasteracantha conformatis: marginales 17, fere æqualiter inter se distantes, medius anticus eorum oblongus et a margine magis remotus, ita ut omnes 5 anteriores lineam in medio fractam vel valde procurvam forment; marginales postici medii duo reliquis paullo minores et inter se propiores. Ocelli dorsuales 6: 4 anteriores trapezium antice multo angustiorem formant, medii, qui reliquis majores sunt, inter se longius distant quam ab anticis, et paullo longius ab his quam a 2 posticis, qui ceteris paullo minores sunt et inter se eodem fere spatio remoti, quo antici duo inter se. Venter sub-planus, ad marginem corona punctorum impressorum (ocellorum parvorum) circumdatus, postice in lateribus plicatus. Vulva foveam sat magnam et profundam exhibet. Mamillæ brevissimæ, conicæ.

Cephalothorax testaceus, linea fusciori geminata, brevi, ad longitudinem ducta pone oculos medios. Sternum testaceum. Oculi succinei, anteriores medii sub-infuscati. Mandibulæ testaceo-fuscæ. Maxillæ et labium flavo-testacea. Palpi nigro-fusci, pilis et setis nigris: parte femorali testacea, apice excepto, parte tarsali ad basin annulo angusto testaceo. Pedes nigro-fusci, nigro-pilosi et setosi, coxis totis, femoribusque ad maximam partem, apice excepto, testaceis; testacei sunt præterea: annulus basalis tibiarum 4:ti paris, annulus basalis metatarsorum 4 posticorum, metatarsi 4 anteriores, basi et apice exceptis, tarsique omnes ad basin. Abdomen supra maculis magnis flavis, lineis nigris interjectis, tectum: ipse margo corona macularum 14—16 minorum circumdatur, quæ sub-rotundatæ sunt et inter se plus minus contingentes; in medio dorso macula conspicitur oblonga, sub-fusiformis, antice posticeque rotundata et abrupte angustata, spatium inter ocellos medios dorsuales implens et usque ad ocellum marginalem anticum medium et ocellos duos marginales posticos medios extensa; ante hanc maculæ aliæ duæ parvæ, rotundatæ, ante ocellum illum sitæ, plus minus a maculis marginalibus anticis distinctæ adsunt, et in dorso utrinque maculæ duæ, anterior magna, obliqua, in latere exteriore incisa, fere S-formis, altera multo minor, cum macula marginali in maculam majorem S-formem plus minus late conjuncta. Omnes hæ maculæ lineis sat latis nigris sejunctæ, quæ per ocellos ductæ ad eos in angulum sunt dilatatæ vel in ramulum productæ: omnes ocellos marginales, posticis tantum exceptis, talis linea inter se conjungit et maculas marginales a dorsuales laterales sejungit; aliæ duæ ad longitudinem per ocellos medios dorsuales ductæ et cum linea illa antice et in medio anastomosantes ut et inter se antice posticeque coëuntes maculam dorsualem mediam a lateralibus mediis dividit. Ipsi ocelli atri, holoserici, opaci. Venter testaceus, vitta marginali, totum ventrem cingenti, et plaga magna sub-triangula ante mamillas nigris; vel potius niger

dicendus, plaga magna circa vulvam et petiolum testacea, et linea lata, transversa, fere semi-circulata, flava postice inter ipsum marginem et mamillas, quæ testaceo-fuscæ sunt.

Patria: Caffraria. Unicum specimen femineum inde domum reportavit WAHLBERG.

Hæc species ab Eurysomate Thorntonii BLACKW.*) fortasse non est diversa. Pedes tamen *4:ti* paris in ea ceteris longiores esse dicuntur: in aranea autem, quam supra descripsi, *1:mi* paris pedes reliquos evidenter longitudine superant; in forma quoque et numero macularum dorsualium abdominis differentia quædem adesse videtur; at præterea in nostram speciem optime cadit descriptio E. Thorntonii, quæ in parte orientali Africæ centralis inventa est. Ad genus Penizam præterea pertinet Eurysoma Walleri BLACKW.**) ex eadem Africæ parte.

GENUS GASTERACANTHA (SUND.) 1833.

Syn. [1831. **Gastéracanthe** ***) LATR. Cours d'Entomol., p. 530.]
1833. **Gasteracantha** SUND., Consp. Arachn., p. 14.
1835. **Gastracanthus** WESTWOOD, in Transact. Ent. Soc. Lond., Vol. I., Proced., p. LXIII. } ad partem.

Notæ hujus generis propriæ et necessariæ sunt: cephalothorax sub-quadratus, antice transverse elevatus; abdomen plus minus transversum, supra ad marginem corona ocellorum cinctum, non in medio tantum dorso ocellis præditum. Pedes *4:ti* paris non semper reliquis longiores sunt: *mares* duo mihi cogniti (G. parvulæ THOR. et G. modestæ THOR. — soli, quantum scio, hujus generis mares, qui adhuc usque descripti fuerint—) pedes *1:mi* paris longiores quam reliquos habent, quod interdum etiam in *feminis* accidit, ut in G. minaci THOR. (et G. flavo-maculata KEYSERL.). Abdomen non semper aculeis armatum, sed nonnumquam (in G. hemisphærica KOCH.) muticum esse, omnibus constat.

1. G. vaccula THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha vaccula** THORELL, Nya exotiska Epeirider, in Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl., XV, (1859) pag. 301.

Rufescenti-fusca, abdomine transverso, cornibus duobus posticis magnis, curvatis, sub-parallelis, libratis, alioque cornu utrinque antice in lateribus; dorso flaventi, ocellis magnis ferrugineis. — ♀ ad., long. c:a 8 millim.

Cephalothorax formâ in hoc genere ordinariâ, 4 millim. longus, longitudine vix angustior, parte cephalica alta, rectangula, 3¼ millim. lata, latitudine duplo breviore, impressione transversa forti utrinque pone oculos laterales aliaque obliqua ad oculos medios utrinque; postice in tuberculum medio incisum elevata, impressione lata, parum profunda ante hoc, versus partem thoracicam fere perpendiculari; parte thoracica sub-plana, in lateribus rotundata, in medio ad longitudinem impressa, versus margines dense et præterea in series sub-radiantes granulata. Oculi parvi: 4 medii aream postice multo latiorem formant; antici medii tuberculo obtuso impositi sunt, et vix majores, quam medii postici, qui inter se paullulo longius distant, quam a mediis anticis. Mandibulæ crassissimæ, globoso-ovatæ, latitudine basali parum longiores. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium breve, apice rotundatum, sub-acuminatum. Palpi tenues, pilosi. Pedes mediocres, prop. 4, 1, 2, 3: 4:ti paris cephalothorace fere 3:plo longiores; femora et patellæ 1:mi et 2:di paris incrassata. Abdomen transversum, longitudine (6 mill.) = ¾ latitudinis; antice æque rotundatum, in angulo cornu sub-librato, posteriora versus paullo curvato, 3 mill. longo, mox supra ocel-

*) BLACKWALL, Descriptions of recently discovered Spiders, and Characters of a new genus of Araneidæ from the East of Central Africa, in Ann. and Mag. of Nat. Hist., 3 Ser., Vol. XVI, p. 348 (1865).

**) Loc. cit. p. 349.

***) Nomen franco-gallicum, non latinum!

lum lateralem tertium exeunti armatum; postice cornibus duobus magnis, 4½ mill. longis, fere libratis, parallelis, sed ita curvatis, ut a basi versus medium paullo divaricant, tum versus apicem paullo appropinquantur, ipsis apicibus rursus paullo divaricantibus. Inter cornua posteriora et anteriora spina vel cornu in latere utrinque fortasse adest; specimen mutilatum, quod unum tantum ante oculos habeo, eo vero caret. Dorsum abdominis sub-planum est, pilosum, dense impresso-punctatum, ocellis magnis: 4 marginales antici, qui lineam rectam designant, minores sunt, laterales 3 anteriores et 2 posteriores multo majores, marginales postici 5 his rursum minores, in lineam rectam dispositi; medius eorum omnium minimus, 4 medii dorsuales aream formant postice latiorem, latitudine antica vix breviorem.

Cephalothorax, mandibulæ, palpi et pedes fere omnino rufescenti- vel testaceo-fusca. Abdomen supra flavescens vel sub-testaceum, ocellis ferrugineis, cornibus vero rufescentibus, apice nigris, longe nigro-pilosis. Venter nigricans, ferrugineo-maculatus.

Patria: Sierra Leona. Unicum hujus araneæ specimen, idque mutilatum, siccatum, ab AFZELIO lectum, in Museo Holmiensi asservatur.

2. **G. vittata** THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha vittata** THOR., loc. cit., p. 301.

Nigra, pedibus testaceo-fuscis; abdomine latissimo, transverso, fusco, vittis transversis testaceis, spina et cornu in utroque latere appropinquantibus, illa parva, hoc magno, crasso, foras directo, sub-recurvo, spinisque duabus longioribus, sub-parallelis in margine postico. — ♀ ad., long. 7—9 millim.

Cephalothorax c:a 3¼ millim. longus eâdemque fere latitudine, parte cephalica alta, postice fere perpendiculari, supra fere plana, impressione pone oculos laterales parum profunda, aliaque, magis etiam tenui, sed magna, lata, utrinque transverse strigosa pone oculos medios: a tuberculo postico, parum elevato, in medio inciso, linea tenuis, geminata versus oculos medios extenditur; pars thoracica supra fere plana est, lateribus deflexis et rotundatis. Sternum ovatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad insertiones coxarum. Oculi medii antici tuberculo manifesto impositi, impressione obliqua utrinque, antici non majores quam postici, qui inter se paullo magis distant, quam ab anticis, et multo magis, quam hi inter se. Mandibulæ breves, crassæ, in dorso sat convexæ, latitudine ad basin paullo longiores. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium breve, apice rotundatum, sub-acuminatum. Palpi breves, tenues, crassitie tarsorum anticorum. Pedes mediocres, sat robusti, 4:ti paris cephalothorace plus 3:plo longiores (c:a 11 mill.), femora et patellæ anteriora paullo incrassata. Abdomen transversum, longitudine (6—8 mill.) duplo fere latius, supra nitidum, ocellis marginalibus 4 anticis sat parvis, lineam rectam vel leviter procurvam formantibus, lateralibus anterioribus 3 et posterioribus 2 ab iis spatio diametro ocelli fere duplo majore remotis, magnis, transversis, ovatis; 5 postici in lineam leviter procurvam dispositi sunt, minuti, præsertim medius, qui geminatus est, exteriores tamen duo majores et a reliquis magis remoti; 4 dorsuales sat parvi, transversi, aream postice multo latiorem, latitudine postica breviorem formantes. Scutum abdominis dorsuale longitudine fere 3:plo latius, antice sub-truncatum, in medio late et leviter rotundatum, angulis oblique truncatis et spina brevi, acuta, pilosa, librata, foras et paullo antrorsum directa armatis; postice angustius, sub-truncatum, angulis late et leviter rotundatis; in latere utrinque, paullo pone spinam, cornu magnum (c:a 3½ mill. long.), libratum, sub-rectum vel paullo recurvum, versus apicem parum angustatum, ipso tamen apice sub-acuminato et mucrone instructo, emittens, dorso inter hæc cornua carinato-elevato. Pars postica abdominis brevis, spinis duabus sat magnis, plus duplo longioribus quam sunt spinæ anticæ (long. c:a 2 mill.), fere libratis vel paullo erectis, parallelis armata, spatio inter se distantibus, quod duplo brevius est, quam quo a cornubus lateralibus distant. Spinæ et cornua ut et anguli et margines, unde exeunt, granulata et pilosa. Venter dense granulatus, plicatus.

Cephalothorax niger, albicanti-pubescens, summo margine partis thoracicæ flaventi. Sternum nigro-fuscum, macula antica testacea. Mandibulæ nigræ. Maxillæ et labium fusca, apice clariore. Palpi fusci,

parte femorali clariore. Pedes testaceo-fusci. Abdomen supra fuscum, testaceo-vittatum; testacea vel lutea sunt: margo anticus, vitta inter cornua lateralia, margo posticus (in medio latius, versus latera angustius), vitta inter spinas posticas, et præterea interdum maculæ duæ in medio primi interstitii fusci. Venter niger, luteo-maculatus; spinæ et cornua nigra vel fusco-rufescentia, nigro-pilosa, coeruleo- vel purpureo-micantia, præsertim cornua, in junioribus ferruginea.

Patria: Java, Mellerborg. Tria specimina feminea, siccata in Mus. Holm. asservantur. Num varietas tantum G. fornicatæ (Fabr.)?

3. G. varia Thor.

Syn. 1860. **Gasteracantha varia** Thorell, loc. cit., pag. 301.

Testaceo-rubra, femoribus rubris, reliquis pedum internodiis nigris, abdomine transverse ovali, supra flavo-testaceo, in medio latere utrinque dente parvo et cornu sat longo, sub-recurvo, appropinquantibus, libratis et foras directis, spinisque duabus fortibus sub-parallelis, libratis in margine postico armato. — ♀ ad., long. c:a 8 millim.

Cephalothorax c:a 3½ millim. longus, latitudine longitudinem fere æquanti, parte thoracica sub-plana, lateribus rotundatis et deflexis; parte cephalica paullo angustiore, pone oculos laterales ut et in medio inter oculos medios et tuberculum posticum, quod apice incisum est, transverse et sat profunde impressa, non strigosa, postice perpendiculari. Sternum ovatum, antice truncatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad coxas. Oculi mediocres, antici paullulo majores quam postici, et ab his vix majore spatio disjuncti, quam quo distant inter se. Mandibulæ crassæ, latitudine basali paullo longiores, in dorso modice et æque convexæ. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium transversum, apice rotundatum. Pedes mediocres, 4:ti paris c:a 11 millim. longi; patellæ et femora anteriora paullo incrassata. Abdomen transversum, supra nitidum, scuto dorsuali antice posticeque sub-sinuato-rotundato, ovali, longitudine (6½ millim.) fere duplo latiore (11 millim.), ocellis marginalibus mediocribus: 4 antici minores et rotundati lineam rectam designant; laterales majores sunt, ovati, 3 anteriores a 2 posterioribus spatio plus duplo majore distantes quam longitudine ocelli; 6 posticorum 4 exteriores magnitudine anticorum sunt, 2 medii minuti et inter se proximi. In medio latere utrinque scutum dorsuale dente vel spina parva, acuta et cornu sat magno (3 millim. longo), versus apicem paullatim angustato, apice mucronato, utrisque granulatis et pilosis, inter se appropinquantibus, libratis, foras directis armatum est. Pars postica abdominis brevis, spinis duabus fortibus, acutis, granulatis et pilosis, plus duplo longioribus quam sunt spinæ anticæ (2½ millim. longis), fere parallelis, inter se spatio fere duplo majore distantibus quam quo a cornibus distant, instructa. Venter dense granulatus, plicatus.

Cephalothorax testaceo-ruber. Oculi succinei. Mandibulæ rubræ, apice fuscæ. Maxillæ testaceæ. Labium fuscum, apice testaceo. Palpi nigri, coeruleo-micantes, parte femorali testaceo-rubra. Pedes nigro-fusci, femoribus coxisque rubris. Abdomen supra flavo-testaceum, ocellis ferrugineis, spinis et cornibus fusco-rufescentibus, nigro-pilosis. Venter niger, dense flavo-maculatus.

Patria ignota. Exemplar siccatum, quod descripsi, in Mus. Holm. asservatur.

Priori et G. fornicatæ (Fabr.) similis, sed differt tum colore, tum etiam sculptura partis cephalicæ, forma scuti abdominis ovali, ocellis minoribus etc.

4. G. mœsta Thor.

Syn. 1860. **Gasteracantha mœsta** Thorell, loc. cit., p. 301.

Nigro-picea, pedibus testaceo-annulatis, abdomine transverso, antice fortiter rotundato, spina crassissima, sub-conica, librata, foras et paullo retro directa in medio latere utrinque, duabusque aliis minoribus in margine postico. — ♀ ad., long. c:a 6 millim.

lum lateralem tertium exeunti armatum; postice cornibus duobus magnis, 4½ mill. longis, fere libratis, parallelis, sed ita curvatis, ut a basi versus medium paullo divaricant, tum versus apicem paullo appropinquantur, ipsis apicibus rursus paullo divaricantibus. Inter cornua posteriora et anteriora spina vel cornu in latere utrinque fortasse adest; specimen mutilatum, quod unum tantum ante oculos habeo, eo vero caret. Dorsum abdominis sub-planum est, pilosum, dense impresso-punctatum, ocellis magnis: 4 marginales antici, qui lineam rectam designant, minores sunt, laterales 3 anteriores et 2 posteriores multo majores, marginales postici 5 his rursum minores, in lineam rectam dispositi; medius eorum omnium minimus, 4 medii dorsuales aream formant postice latiorem, latitudine antica vix breviorem.

Cephalothorax, mandibulæ, palpi et pedes fere omnino rufescenti- vel testaceo-fusca. Abdomen supra flavescens vel sub-testaceum, ocellis ferrugineis, cornibus vero rufescentibus, apice nigris, longe nigro-pilosis. Venter nigricans, ferrugineo-maculatus.

Patria: Sierra Leona. Unicum hujus araneæ specimen, idque mutilatum, siccatum, ab Afzelio lectum, in Museo Holmiensi asservatur.

2. G. vittata Thor.

Syn. 1860. **Gasteracantha vittata** Thor., loc. cit., p. 301.

Nigra, pedibus testaceo-fuscis; abdomine latissimo, transverso, fusco, vittis transversis testaceis, spina et cornu in utroque latere appropinquantibus, illa parva, hoc magno, crasso, foras directo, sub-recurvo, spinisque duabus longioribus, sub-parallelis in margine postico. — ♀ ad., long. 7—9 millim.

Cephalothorax c:a 3¼ millim. longus eâdemque fere latitudine, parte cephalica alta, postice fere perpendiculari, supra fere plana, impressione pone oculos laterales parum profunda, aliaque, magis etiam tenui, sed magna, lata, utrinque transverse strigosa pone oculos medios: a tuberculo postico, parum elevato, in medio inciso, linea tenuis, geminata versus oculos medios extenditur; pars thoracica supra fere plana est, lateribus deflexis et rotundatis. Sternum ovatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad insertiones coxarum. Oculi medii antici tuberculo manifesto impositi, impressione obliqua utrinque, antici non majores quam postici, qui inter se paullo magis distant, quam ab anticis, et multo magis, quam hi inter se. Mandibulæ breves, crassæ, in dorso sat convexæ, latitudine ad basin paullo longiores. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium breve, apice rotundatum, sub-acuminatum. Palpi breves, tenues, crassitie tarsorum anticorum. Pedes mediocres, sat robusti, 4:ti paris cephalothorace plus 3:plo longiores (c:a 11 mill.), femora et patellæ anteriora paullo incrassata. Abdomen transversum, longitudine (6—8 mill.) duplo fere latius, supra nitidum, ocellis marginalibus 4 anticis sat parvis, lineam rectam vel leviter procurvam formantibus, lateralibus anterioribus 3 et posterioribus 2 ab iis spatio diametro ocelli fere duplo majore remotis, magnis, transversis, ovatis; 5 postici in lineam leviter procurvam dispositi sunt, minuti, præsertim medius, qui geminatus est, exteriores tamen duo majores et a reliquis magis remoti; 4 dorsuales sat parvi, transversi, aream postice multo latiorem, latitudine postica breviorem formantes. Scutum abdominis dorsuale longitudine fere 3:plo latius, antice sub-truncatum, in medio late et leviter rotundatum, angulis oblique truncatis et spina brevi, acuta, pilosa, librata, foras et paullo antrorsum directa armatis; postice angustius, sub-truncatum, angulis late et leviter rotundatis; in latere utrinque, paullo pone spinam, cornu magnum (c:a 3½ mill. long.), libratum, sub-rectum vel paullo recurvum, versus apicem parum angustatum, ipso tamen apice sub-acuminato et mucrone instructo, emittens, dorso inter hæc cornua carinato-elevato. Pars postica abdominis brevis, spinis duabus sat magnis, plus duplo longioribus quam sunt spinæ anticæ (long. c:a 2 mill.), fere libratis vel paullo erectis, parallelis armata, spatio inter se distantibus, quod duplo brevius est, quam quo a cornubus lateralibus distant. Spinæ et cornua ut et anguli et margines, unde exeunt, granulata et pilosa. Venter dense granulatus, plicatus.

Cephalothorax niger, albicanti-pubescens, summo margine partis thoracicæ flaventi. Sternum nigro-fuscum, macula antica testacea. Mandibulæ nigræ. Maxillæ et labium fusca, apice clariore. Palpi fusci,

parte femorali clariore. Pedes testaceo-fusci. Abdomen supra fuscum, testaceo-vittatum; testacea vel lutea sunt: margo anticus, vitta inter cornua lateralia, margo posticus (in medio latius, versus latera angustius), vitta inter spinas posticas, et præterea interdum maculæ duæ in medio primi interstitii fusci. Venter niger, luteo-maculatus; spinæ et cornua nigra vel fusco-rufescentia, nigro-pilosa, coeruleo- vel purpureo-micantia, præsertim cornua, in junioribus ferruginea.

Patria: Java, MELLERBORG. Tria specimina feminea, siccata in Mus. Holm. asservantur. Num varietas tantum G. fornicatæ (FABR.)?

3. G. varia THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha varia** THORELL, loc. cit., pag. 301.

Testaceo-rubra, femoribus rubris, reliquis pedum internodiis nigris, abdomine transverse ovali, supra flavo-testaceo, in medio latere utrinque dente parvo et cornu sat longo, sub-recurvo, appropinquantibus, libratis et foras directis, spinisque duabus fortibus sub-parallelis, libratis in margine postico armato. — ♀ ad., long. c:a 8 millim.

Cephalothorax c:a $3\frac{1}{2}$ millim. longus, latitudine longitudinem fere æquanti, parte thoracica sub-plana, lateribus rotundatis et deflexis; parte cephalica paullo angustiore, pone oculos laterales ut et in medio inter oculos medios et tuberculum posticum, quod apice incisum est, transverse et sat profunde impressa, non strigosa, postice perpendiculari. Sternum ovatum, antice truncatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad coxas. Oculi mediocres, antici paullulo majores quam postici, et ab his vix majore spatio disjuncti, quam quo distant inter se. Mandibulæ crassæ, latitudine basali paullo longiores, in dorso modice et æque convexæ. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium transversum, apice rotundatum. Pedes mediocres, 4:ti paris c:a 11 millim. longi; patellæ et femora anteriora paullo incrassata. Abdomen transversum, supra nitidum, scuto dorsuali antice posticeque sub-sinuato-rotundato, ovali, longitudine ($6\frac{1}{2}$ millim.) fere duplo latiore (11 millim.), ocellis marginalibus mediocribus: 4 antici minores et rotundati lineam rectam designant; laterales majores sunt, ovati, 3 anteriores a 2 posterioribus spatio plus duplo majore distantes quam longitudine ocelli; 6 posticorum 4 exteriores magnitudine anticorum sunt, 2 medii minuti et inter se proximi. In medio latere utrinque scutum dorsuale dente vel spina parva, acuta et cornu sat magno (3 millim. longo), versus apicem paullatim angustato, apice mucronato, utrisque granulatis et pilosis, inter se appropinquantibus, libratis, foras directis armatum est. Pars postica abdominis brevis, spinis duabus fortibus, acutis, granulatis et pilosis, plus duplo longioribus quam sunt spinæ anticæ ($2\frac{1}{2}$ millim. longis), fere parallelis, inter se spatio fere duplo majore distantibus quam quo a cornibus distant, instructa. Venter dense granulatus, plicatus.

Cephalothorax testaceo-ruber. Oculi succinei. Mandibulæ rubræ, apice fuscæ. Maxillæ testaceæ. Labium fuscum, apice testaceo. Palpi nigri, coeruleo-micantes, parte femorali testaceo-rubra. Pedes nigro-fusci, femoribus coxisque rubris. Abdomen supra flavo-testaceum, ocellis ferrugineis, spinis et cornibus fusco-rufescentibus, nigro-pilosis. Venter niger, dense flavo-maculatus.

Patria ignota. Exemplar siccatum, quod descripsi, in Mus. Holm. asservatur.

Priori et G. fornicatæ (FABR.) similis, sed differt tum colore, tum etiam sculptura partis cephalicæ, forma scuti abdominis ovali, ocellis minoribus etc.

4. G. mœsta THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha mœsta** THORELL, loc. cit., p. 301.

Nigro-picea, pedibus testaceo-annulatis, abdomine transverso, antice fortiter rotundato, spina crassissima, sub-conica, librata, foras et paullo retro directa in medio latere utrinque, duabusque aliis minoribus in margine postico. — ♀ ad., long. c:a 6 millim.

Cephalothorax c:a $2\frac{3}{4}$ millim. longus, formâ ordinariâ, parte cephalica antice c:a $2\frac{1}{2}$ millim. lata, postice fere perpendiculari, supra impressione utrinque transversa, parum profunda pone oculos laterales aliaque longitudinali ab incisura tuberculi postici ad oculos medios posticos ducta ibique dilatata. Sternum ovatum, postice paullo carinato-acuminatum, tuberculis ad insertiones coxarum parum manifestis. Oculi medii antici posticis mediis vix majores, ab iis parum longiore spatio remoti, quam quo distant inter se. Mandibulæ crassæ, conice ovatæ, latitudine maxima vix longiores, dorso parum convexæ. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium transversum, apice rotundatum, sub-acuminatum. Palpi breves, tenues. Pedes breves, sat graciles, femoribus patellisque anterioribus incrassatis; 4:ti paris cephalothorace c:a $2\frac{1}{2}$ longiores ($6\frac{1}{2}$ millim. longi). Abdomen transversum (c:a $5\frac{1}{2}$ millim. longum, 8 millim. latum), fere ovale, antice fortius rotundatum, supra nitidum, ocellis mediocribus: 4 antici sat parvi, rotundati lineam rectam vel leviter procurvam formant; laterales paullo majores sunt: anteriores 3 rotundati, posteriores 2 sub-ovati et ab iis longe distantes; 6 postici sat magni, versus medium abdominis minores: exteriores eorum duo vix minores, quam sunt laterales, medii vero duo spatio disjuncti, quod diametro ocelli majus est. Latus abdominis utrinque in cornu vel spinam exit fortem, crassissimam, obtusam, sub-conicam, parum recurvam, $2\frac{1}{4}$ millim. longam, fere libratam, foras et paullo retro directam, ocello laterali postico primo ad (non pone) basin ejus sito; margo posticus abdominis spinis duabus duplo brevioribus, conicis, acutis, parallelis, libratis armatus; spinæ omnes granulatæ et pilosæ. Venter granulatus, plicatus.

Cephalothorax nigro-piceus, margine frontis in lateribus sub-ferrugineo. Sternum nigro-piceum, macula antica clariore. Mandibulæ nigro-piceæ, macula dorsuali ad apicem rufescenti. Maxillæ et labium nigricantia, apice testacea. Palpi nigricantes, sub-testaceo-annulati. Pedes nigro-picei, tibiis, metatarsis tarsisque basi testaceis. Abdomen supra nigro-piceum, maculis sub-testaceis; spinæ piceæ, anteriores basi rufescentes. Venter niger, maculis sub-testaceis.

Variat (junior) abdomine supra fusco-virescenti, spinis anterioribus ferrugineis, apice tantum fuscis.

Patria: Ins. S:t Barthelemy (Ind. Occ.). Unicum specimen adultum ex hac insula, duoque juniora, loco non notato, omnia feminea, siccata in Mus. Holm. asservantur.

5. G. hilaris Thor.

Syn. 1860. **Gasteracantha hilaris** Thorell, loc. cit., p. 302.

Rubra, pedibus nigro-annulatis; abdomine transverso, antice fortiter rotundato, supra flavo-testaceo, ocellis minutis, spina breviore, crassissima, sub-conica, ferruginea in medio latere utrinque duabusque aliis parvis in margine postico. — ♀ ad., long. c:a 7 millim.

Cephalothorax c:a $2\frac{1}{2}$ millim. longus, formâ fere ut in prioribus, parte cephalica supra impressione utrinque transversa, lata, parum profunda pone oculos laterales, aliaque inter oculos posticos et tuberculum posticum in medio incisum magna, lata, tenui, utrinque lineis paucis sub-radiantibus notata. Sternum ovatum, antice truncatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis parvis ad coxas. Oculi medii aream occupant postice paullo tantum latiorem, quam antice; antici eorum vix majores sunt quam postici, et ab his parum longius distantes, quam inter se. Mandibulæ crassissimæ, breves, ovatæ, in dorso fortiter convexæ latitudine basali parum longiores. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium apice rotundato-acuminatum. Palpi breves, tenues. Pedes breviores, graciles: 4:ti paris cephalothorace c:a $2\frac{1}{2}$ longiores (7 millim. longi); femora et patellæ pedum anticorum paullo incrassatæ. Abdomen transversum, sub-ovale, supra nitidum, ocellis parvis, rotundis: 4 anteriores, in lineam rectam dispositi, minuti, punctiformes; eorum magnitudine sunt medii antici; laterales 3 antici iis paullo majores, præsertim tertius, qui cum 2 lateralibus posticis reliquos magnitudine superat; postici 6 parvi, præsertim medii eorum 2, qui minutissimi sunt, spatio sat longo inter se distantes. In medio latere abdomen spina breviore (long. 2 millim.) crassissima, recta, obtuse conica, librata, foras et paullo retro(?) directa armatum est, in margine postico spinis duabus duplo brevioribus; spinis omnibus sub-granulatis et pilosis.

Cephalothorax ruber, tuberculo oculorum mediorum fusco. Sternum fusco-ferrugineum, postice obscurius. Mandibulæ rubræ, ipso apice paullo fusciore. Maxillæ et labium ferruginea, apice testacea. Palpi nigri, parte femorali rubra. Pedes rubri; femora apice anguste, patellæ totæ, tibiæ, metatarsi et tarsi apice late nigra. Abdomen supra flavo-testaceum, ocellis fuscis, spinis fusco-ferrugineis, apice summo fuscis, macula utrinque ferruginea marginali supra spinam anteriorem aliaque tali pone hanc spinam. Venter niger, flavo-maculatus.

Patria: Ins. S:t Barthelemy. Specimen femineum, siccatum et corrugatum ex Mus. Holm. descripsi.

6. G. ensifera THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha ensifera** THORELL, loc. cit., pag. 302.

Rubra, pedibus extrorsum nigricantibus; abdomine transverso, supra flavo-testaceo, scuto dorsuali latissimo, sub-fusiformi, ex latere emarginato spinam mediocrem et cornu longum, recurvum, divaricantia, librata, ferrugineo-rubra emittente: postice spinis duabus fortibus, sub-parallelis, ferrugineo-rubris armato. — ♀ ad., long. 8 millim.

Cephalothorax 3—4 millim. longus et latus, pilosus, partis thoracicæ lateribus deflexis et rotundatis, parte cephalica hac parum angustiore, in tuberculum ordinarium, medio impressum postice elevata, pone oculos laterales impressione utrinque transversa aliaque tenui longitudinali, sub-geminata, a tuberculo postico ad oculos medios ducta ibique transverse dilatata; postice abrupte declivi. Sternum ovatum, antice truncatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad coxarum insertiones. Oculi 4 medii aream occupant postice multo latiorem; antici paullo majores sunt quam postici, et ab iis spatio dimidio fere majore distantes, quam quo distant inter se. Mandibulæ crassæ, in dorso modice convexæ, latitudine basali paullo longiores. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium transversum, fere semi-circulatum. Palpi crassitie metatarsorum, cephalothorace paullo longiores. Pedes mediocres, sat robusti: 4:ti paris cephalothorace 3:plo longiores; femora 4 anteriora reliquis crassiora. Abdomen transversum (8—10 millim. longum, 11—14 latum), supra nitidum, ocellis mediocribus: 4 antici marginales sat parvi, rotundati, in lineam rectam vel paullo recurvam dispositi, medii antici iis paullo minores, medii postici et omnes laterales majores, sub-ovati; ocellus lateralis anterior tertius ad et paullo pone basin spinæ anterioris situs est; marginales postici anticis parum minores, 5, æquali fere spatio inter se distantes, medius eorum sub-geminatus. Scutum dorsuale abdominis in medio antice posticeque late rotundatum est, longitudine plus duplo latius, ovali-fusiforme, angulo anteriore lateris anguste emarginati utrinque in spinam, angulo posteriore in cornu appropinquantia, librata exeunti; illa recta, sub-conica, 1½—2 millim. longa est, hoc magnum, 4—5 millim. longum, plerumque fortiter recurvum, versus apicem angustato-acuminatum, foras et paullo retro vergens. Pars postica abdominis brevissima, angusta, postice emarginata spinas duas 2½—3 millim. longas, fortes, acutas, libratas, paullo divaricantes emittit, spatio duplo minore sejunctas, quam quo a cornibus lateralibus distant. Venter granulatus, sub-plicatus.

Cephalothorax obscure ruber, albido-pilosus; sternum nigro-fuscum, macula antica aliaque utrinque parvis, ferrugineis. Mandibulæ rubræ, apice fuscæ. Maxillæ et labium nigro-fusca. Palpi nigri, parte femorali rubra. Pedes rufescenti-nigri, albido- et nigro-pilosi, coxis ferrugineis, femoribus 4 anterioribus rubris, reliquis internodiis interdum basi rufescentibus. Abdomen supra flavo-testaceum, ocellis fuscis vel ferrugineis, spinis rufo-ferrugineis, summo apice fuscis: subtus olivaceo-nigrum, maculis flavis, nitidis, sub-seriatis ornatum, ad basin spinorum et cornuum colore clariore, virescenti-testaceo tinctum.

Patria: Caffraria, unde copiam feminarum, nullum vero marem reportavit Cel. WAHLBERG.

7. G. ornata THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha ornata** THORELL, loc. cit., pag. 302.

Nigra, pedibus rubris, nigro-annulatis, abdomine transverso, sub-ovali, scuto dorsuali antice fortius rotundato, in latere utrinque spinis duabus appropinquantibus ar-

Cephalothorax c:a 2¾ millim. longus, formâ ordinariâ, parte cephalica antice c:a 2½ millim. lata, postice fere perpendiculari, supra impressione utrinque transversa, parum profunda pone oculos laterales aliaque longitudinali ab incisura tuberculi postici ad oculos medios posticos ducta ibique dilatata. Sternum ovatum, postice paullo carinato-acuminatum, tuberculis ad insertiones coxarum parum manifestis. Oculi medii antici posticis mediis vix majores, ab iis parum longiore spatio remoti, quam quo distant inter se. Mandibulæ crassæ, conice ovatæ, latitudine maxima vix longiores, dorso parum convexæ. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium transversum, apice rotundatum, sub-acuminatum. Palpi breves, tenues. Pedes breves, sat graciles, femoribus patellisque anterioribus incrassatis; 4:ti paris cephalothorace c:a 2½ longiores (6½ millim. longi). Abdomen transversum (c:a 5½ millim. longum, 8 millim. latum), fere ovale, antice fortius rotundatum, supra nitidum, ocellis mediocribus: 4 antici sat parvi, rotundati lineam rectam vel leviter procurvam formant; laterales paullo majores sunt: anteriores 3 rotundati, posteriores 2 sub-ovati et ab iis longe distantes; 6 postici sat magni, versus medium abdominis minores: exteriores eorum duo vix minores, quam sunt laterales, medii vero duo spatio disjuncti, quod diametro ocelli majus est. Latus abdominis utrinque in cornu vel spinam exit fortem, crassissimam, obtusam, sub-conicam, parum recurvam, 2½ millim. longam, fere libratam, foras et paullo retro directam, ocello laterali postico primo ad (non pone) basin ejus sito; margo posticus abdominis spinis duabus duplo brevioribus, conicis, acutis, parallelis, libratis armatus; spinæ omnes granulatæ et pilosæ. Venter granulatus, plicatus.

Cephalothorax nigro-piceus, margine frontis in lateribus sub-ferrugineo. Sternum nigro-piceum, macula antica clariore. Mandibulæ nigro-piceæ, macula dorsuali ad apicem rufescenti. Maxillæ et labium nigricantia, apice testacea. Palpi nigricantes, sub-testaceo-annulati. Pedes nigro-picei, tibiis, metatarsis tarsisque basi testaceis. Abdomen supra nigro-piceum, maculis sub-testaceis; spinæ piceæ, anteriores basi rufescentes. Venter niger, maculis sub-testaceis.

Variat (junior) abdomine supra fusco-virescenti, spinis anterioribus ferrugineis, apice tantum fuscis.

Patria: Ins. S:t Barthelemy (Ind. Occ.). Unicum specimen adultum ex hac insula, duoque juniora, loco non notato, omnia feminea, siccata in Mus. Holm. asservantur.

5. G. hilaris Thor.

Syn. 1860. **Gasteracantha hilaris** Thorell, loc. cit., p. 302.

Rubra, pedibus nigro-annulatis; abdomine transverso, antice fortiter rotundato, supra flavo-testaceo, ocellis minutis, spina breviore, crassissima, sub-conica, ferruginea in medio latere utrinque duabusque aliis parvis in margine postico. — ♀ ad., long. c:a 7 millim.

Cephalothorax c:a 2½ millim. longus, formâ fere ut in prioribus, parte cephalica supra impressione utrinque transversa, lata, parum profunda pone oculos laterales, aliaque inter oculos posticos et tuberculum posticum in medio incisum magna, lata, tenui, utrinque lineis paucis sub-radiantibus notata. Sternum ovatum, antice truncatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis parvis ad coxas. Oculi medii aream occupant postice paullo tantum latiorem, quam antice; antici eorum vix majores sunt quam postici, et ab his parum longius distantes, quam inter se. Mandibulæ crassissimæ, breves, ovatæ, in dorso fortiter convexæ latitudine basali parum longiores. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium apice rotundato-acuminatum. Palpi breves, tenues. Pedes breviores, graciles: 4:ti paris cephalothorace c:a 2½ longiores (7 millim. longi); femora et patellæ pedum anticorum paullo incrassatæ. Abdomen transversum, sub-ovale, supra nitidum, ocellis parvis, rotundis: 4 anteriores, in lineam rectam dispositi, minuti, punctiformes; eorum magnitudine sunt medii antici; laterales 3 antici iis paullo majores, præsertim tertius, qui cum 2 lateralibus posticis reliquos magnitudine superat; postici 6 parvi, præsertim medii eorum 2, qui minutissimi sunt, spatio sat longo inter se distantes. In medio latere abdomen spina breviore (long. 2 millim.) crassissima, recta, obtuse conica, librata, foras et paullo retro(?) directa armatum est, in margine postico spinis duabus duplo brevioribus; spinis omnibus sub-granulatis et pilosis.

Cephalothorax ruber, tuberculo oculorum mediorum fusco. Sternum fusco-ferrugineum, postice obscurius. Mandibulæ rubræ, ipso apice paullo fusciore. Maxillæ et labium ferruginea, apice testacea. Palpi nigri, parte femorali rubra. Pedes rubri; femora apice anguste, patellæ totæ, tibiæ, metatarsi et tarsi apice late nigra. Abdomen supra flavo-testaceum, ocellis fuscis, spinis fusco-ferrugineis, apice summo fuscis, macula utrinque ferruginea marginali supra spinam anteriorem aliaque tali pone hanc spinam. Venter niger, flavo-maculatus.

Patria: Ins. S:t Barthelemy. Specimen femineum, siccatum et corrugatum ex Mus. Holm. descripsi.

6. G. ensifera Thor.

Syn. 1860. **Gasteracantha ensifera** Thorell, loc. cit., pag. 302.

Rubra, pedibus extrorsum nigricantibus; abdomine transverso, supra flavo-testaceo, scuto dorsuali latissimo, sub-fusiformi, ex latere emarginato spinam mediocrem et cornu longum, recurvum, divaricantia, librata, ferrugineo-rubra emittente: postice spinis duabus fortibus, sub-parallelis, ferrugineo-rubris armato. — ♀ ad., long. 8 millim.

Cephalothorax 3—4 millim. longus et latus, pilosus, partis thoracicæ lateribus deflexis et rotundatis, parte cephalica hac parum angustiore, in tuberculum ordinarium, medio impressum postice elevata, pone oculos laterales impressione utrinque transversa aliaque tenui longitudinali, sub-geminata, a tuberculo postico ad oculos medios ducta ibique transverse dilatata; postice abrupte declivi. Sternum ovatum, antice truncatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad coxarum insertiones. Oculi 4 medii aream occupant postice multo latiorem; antici paullo majores sunt quam postici, et ab iis spatio dimidio fere majore distantes, quam quo distant inter se. Mandibulæ crassæ, in dorso modice convexæ, latitudine basali paullo longiores. Maxillæ sub-orbiculatæ. Labium transversum, fere semi-circulatum. Palpi crassitie metatarsorum, cephalothorace paullo longiores. Pedes mediocres, sat robusti: 4:ti paris cephalothorace 3:plo longiores; femora 4 anteriora reliquis crassiora. Abdomen transversum (8—10 millim. longum, 11—14 latum), supra nitidum, ocellis mediocribus: 4 antici marginales sat parvi, rotundati, in lineam rectam vel paullo recurvam dispositi, medii antici iis paullo minores, medii postici et omnes laterales majores, sub-ovati; ocellus lateralis anterior tertius ad et paullo pone basin spinæ anterioris situs est; marginales postici anticis parum minores, 5, æquali fere spatio inter se distantes, medius eorum sub-geminatus. Scutum dorsuale abdominis in medio antice posticeque late rotundatum est, longitudine plus duplo latius, ovali-fusiforme, angulo anteriore lateris anguste emarginati utrinque in spinam, angulo posteriore in cornu appropinquantia, librata exeunti; illa recta, sub-conica, 1½—2 millim. longa est, hoc magnum, 4—5 millim. longum, plerumque fortiter recurvum, versus apicem angustato-acuminatum, foras et paullo retro vergens. Pars postica abdominis brevissima, angusta, postice emarginata spinas duas 2½—3 millim. longas, fortes, acutas, libratas, paullo divaricantes emittit, spatio duplo minore sejunctas, quam quo a cornibus lateralibus distant. Venter granulatus, sub-plicatus.

Cephalothorax obscure ruber, albido-pilosus; sternum nigro-fuscum, macula antica aliaque utrinque parvis, ferrugineis. Mandibulæ rubræ, apice fuscæ. Maxillæ et labium nigro-fusca. Palpi nigri, parte femorali rubra. Pedes rufescenti-nigri, albido- et nigro-pilosi, coxis ferrugineis, femoribus 4 anterioribus rubris, reliquis internodiis interdum basi rufescentibus. Abdomen supra flavo-testaceum, ocellis fuscis vel ferrugineis, spinis rufo-ferrugineis, summo apice fuscis: subtus olivaceo-nigrum, maculis flavis, nitidis, sub-seriatis ornatum, ad basin spinorum et cornuum colore clariore, virescenti-testaceo tinctum.

Patria: Caffraria, unde copiam feminarum, nullum vero marem reportavit Cel. Wahlberg.

7. G. ornata Thor.

Syn. 1860. **Gasteracantha ornata** Thorell, loc. cit., pag. 302.

Nigra, pedibus rubris, nigro-annulatis, abdomine transverso, sub-ovali, scuto dorsuali antice fortius rotundato, in latere utrinque spinis duabus appropinquantibus ar-

mato, anteriore minore, foras directa, altera duplo majore, foras, retro et sursum directa; postice spinis duabus acutis, hac paullo brevioribus, instructo; supra flavo, ocellis, spinis et maculis nigris, subtus nigro, dense flavo-maculato. — ♀ ad., long. c:a 9½ millim.

Cephalothorax 3½ millim. longus, parte thoracica paullo latiore (3¾ millim.), forma ut in reliquis, parte cephalica paullo angustiore, postice fere perpendiculari, impressione ordinaria pone oculos laterales, ut et leviter pone oculos medios impressa, tuberculo postico alto, inciso, linea tenui impressa longitudinali sub-geminata parum manifesta. Sternum ovatum, tuberculis parvis ad coxas, postice carinato-acuminatum. Oculi medii postici inter se multo longius distantes, quam medii antici, qui a posticis paullo longius distant quam inter se. Labium semi-circulatum, apice sub-acuminatum. Palpi graciles, crassitie tarsorum anticorum. Pedes sat graciles et breves: 4:ti paris cephalothorace non 3:plo longiores (9—10 millim.); femora et patellæ 4 anteriora reliquis crassiora. Abdomen transversum (c:a 7 millim. longum, 11 latum), supra nitidum, ocellis mediocribus: 4 marginales antici, ut 5 postici — qui iis paullo minores sunt, præsertim medius, sub-geminatus — in lineam rectam ordinati, cum mediis anticis sat parvi, rotundati; laterales ovati. Medii postici inter se spatio non longiore distant, quam quo ab anticis remoti sunt. Scutum dorsuale longitudine non duplo latius, sub-ovale, at antice fortius rotundatum quam postice, utrinque spinis duabus armatum, quarum antica, paullo ante medium exiens, sat parva est (1½ millim. longa), acuta, sub-librata, foras directa, altera duplo fere major (c:a 2½ millim.), 1 millim. pone eam exoriens, magis obtuse et oblique acuminata, oblique foras, retro et paullo sursum directa. Pars postica abdominis brevis, sat lata, postice spinis duabus sub-parallelis, libratis, acutis, basi crassis, paullo brevioribus, quam sunt spinæ mediæ, armata: spatium, quo distant inter se, majus quidem est, quam quo spinæ anticæ a spinis mediis distant, duplo vero minus, quam intervallum inter spinas medias et posticas; omnes spinæ granulatæ et pilosæ. Venter sub-plicatus, tenuiter granulatus, sub-nitidus.

Cephalothorax nigrum, nitidum. Sternum nigro-fuscum, macula antica ferruginea. Mandibulæ nigræ, nitidæ. Maxillæ rufescenti-fuscæ, basi fusciores. Labium nigro-fuscum. Palpi rubri, parte tarsali et tibiali nigris, basi rubris. Abdomen supra flavum, ocellis et spinis nigris, macula transversa, binos ocellos laterales amplectente nigra ad basin uniuscujusque spinæ in scuto dorsuali, ut et macula nigra utrinque ad basin spinarum posticarum: ocelli quoque alii, præsertim medii postici, suo quisque nigrore circumdati. Subtus nigrum est abdomen, maculis densis, pulchre flavis, nitidis ornatum.

Patria: Caffraria. Exemplum femineum, a WAHLBERG captum, in spiritu vini asservatum cognovi.

8. **G. insulana** THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha insulana** THORELL, loc. cit., pag. 302.

Nigra, pedibus ferrugineo-sub-annulatis, abdomine transverso, supra flavo-testaceo, vittis duabus transversis, medio conjunctis, anteriore inæquali, in medio dilatata: scuto dorsuali fusiformi-parallelogrammo, postice fortius rotundato, spinis duabus parvis utrinque in angulis instructo: parte postica spinis duabus paullo majoribus, sub-divaricantibus armata. — ♀ ad., 9—10 millim. longa.

Var. *β:* pedibus totis nigris, vitta posteriore abdominis parum expressa. — ♀ ad.

Cephalothorax ut in reliquis sub-quadratus, 3½—4 millim. longus et latus, antice parum angustior; parte cephalica postice minus alte elevata, in partem thoracicam declivi, pone oculos laterales utrinque leviter transverse impressa, tuberculo postico humili, medio inciso, impressione inter hoc et oculos medios tenui, lata, linea tenui longitudinali geminata notata. Sternum ovatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad coxas parum expressis. Area oculorum mediorum sub-æqualium postice multo latior; antici eorum a posticis paullo longius, quam inter se remoti. Mandibulæ fortes, crassæ, conico-ovatæ, in dorso fortiter convexæ. Labium semi-circulatum. Palpi graciles, ut in reliquis. Pedes mediocres, sat graciles:

4:ti paris cephalothorace haud 3:plo longiores (c:a 10 millim.), 1:mi paris iis vix breviores. Abdomen transversum (long. 6—8 millim., lat. 11—13 millim.), scuto dorsuali ovali- vel fusiformi-parallelogrammo, duplo fere latiore quam longiore, antice in medio late et leviter, postice vero fortius rotundato, in lateribus rectis fere angulis truncato, ocellis mediocribus: marginales antici sat parvi sunt, rotundati, in seriem leviter recurvam ordinati; medii postici eorum magnitudine, medii antici minores; laterales anteriores et posteriores sub-ovati; postici minuti, 5, medius eorum sub-geminatus. Medii antici a posticis mediis longius, quam inter se, distant. In latere utrinque spinis duabus armatum est abdomen, ex ipsis angulis exeuntibus, sat parvis, posteriore vero paullo majore (1—1½ millim.), sub-libratis, divaricantibus (anteriore foras et paullo anteriora versus, posteriore foras et paullo retro directa), spatio c:a 2 millim. inter se distantibus. Pars postica abdominis brevis, sat lata, spinis duabus postice armata paullo fortioribus (1½—2 millim. longis) sub-libratis, paullo divaricantibus, inter se spatio plus dimidio majore distantibus, quam quo distant spinæ anteriores a mediis, plus dimidio vero minore, quam quo ipsæ a mediis distant. Venter granulatus, postice sub-plicatus.

Cephalothorax niger, albido-pilosus. Sternum nigro-fuscum, in plerisque macula antica ferruginea. Mandibulæ nigræ. Maxillæ et labium nigro-fusca. Palpi nigri. Pedes nigri, albido- et nigro-pilosi; tibiæ, metatarsi et tarsi plerumque annulo basali sub-ferrugineo. Abdomen supra flavo-testaceum, ocellis et spinis nigro-fuscis vel fusco-ferrugineis, vittisque duabus nigris, anteriore latiore, ocellos omnes ad marginem anticum amplectente, in medio ita dilatata et producta, ut ocellos medios anticos quoque complectatur et cum vitta posteriore, quæ angustior est et per ocellos laterales et medios posticos ducta, sit conjuncta. Interdum ocelli quoque marginales postici linea nigra junguntur; interdum vitta illa posterior abest, et vitta anterior in maculas tres divulsa. Subtus nigrum est abdomen, maculis minoribus luteis conspersum.

Patria: Insulæ Gallopagos (Charles Island), ubi 4 specimina feminea a Cel. KINBERG lecta sunt.

9. G. mammeata THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha mammeata** THORELL, loc. cit., pag. 302.

Opaca, cephalothorace nigro, parte cephalica supra rubra, vitta media ad longitudinem ducta nigra; pedibus sub-ferrugineis, nigro-annulatis; abdomine cinereo-testaceo, parum latiore quam longiore, antice fortiter rotundato, ex lateribus et postice procursus sex breves, fere cylindratos, apice truncatos, in superficie apicis spina parva armatos emittente. — ♀ ad., long. 8—11 millim.

Cephalothorax 3½—4 millim. longus, rugosus, opacus, pilosus, sub-quadratus, parte cephalica parum angustiore, impressionibus transversis pone oculos levissimis, tuberculo postico alto, integro, non medio impresso; postice fere perpendiculari. Sternum ovatum, antice late truncatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad coxas parum expressis. Area oculorum mediorum postice paullo tantum latior quam antice; postici eorum spatio vix vel parum majore inter se distant, quam quo ab anticis mediis remoti sunt. Mandibulæ magnæ, crassæ, dorso fortiter et inæqualiter convexæ, conice ovatæ, latitudine basali paullo longiores. Labium breve, antice rotundatum. Palpi breves, sat robusti, metatarsis anticis crassiores. Pedes breviores, robusti: 4:ti paris cephalothorace c:a 2½ longiores. Abdomen longitudine parum latius (c:a 6—8 millim. longum, 7—10 latum), convexum, opacum, antice, secundum lineam quater fractam, fortiter rotundatum, tum quinquies emarginatum, ita ut sex processus sat breves formentur, bini in latere scuti dorsualis postice æqualiter et minus forte quam antice rotundati, duo in parte posteriore sat lata, brevi; antici duo brevissimi, tubercula dicendi, parum ante medium scuti siti, foras et paullo sursum directi; quatuor reliqui majores, præsertim postici, cylindrati, longitudine circiter diametri: medii versus marginem scuti posteriorem siti, foras, retro et sursum directi, postici fere librati, paullo divaricantes; omnes in superficie apicis pilis, granulis et dente vel spina parva, acuta, media muniti.

Spatium inter spinas anticas et medias duplo minus, quam spatium inter medias et posticas, quod paullo tantum majus est, quam intervallum, quo distant spinæ posticæ inter se. Ocelli sat magni, sub-æquales; marginales omnes oblongi, annulum continuum formantes, quum laterales posteriores vix longius, quam inter se, a marginalibus posticis remoti sint; antici lineam rectam, postici 5 lineam fortiter recurvam designant: horum medius omnium minimus, vix geminatus. Ocelli medii postici lunati. Venter sub-plicatus, tenuissime granulatus, opacus.

Cephalothorax sordide albido-pubescens, niger, parte cephalica supra plerumque ferrugineo-rubra, linea vel fascia media longitudinali nigra; interdum nigra, versus latera anguste rubra. Sternum nigro-fuscum, maculis lateralibus et antica ferrugineis. Oculi succinei. Mandibulæ nigræ vel fuscæ, macula vel vitta tranversa obliqua versus apicem aliaque interdum ad basin ferrugineis. Maxillæ et labium nigro-fusca, apice ferruginea. Palpi sub-ferruginei, annulis nigricantibus. Pedes sordide ferruginei, dense albicanti-pilosi, annulis et maculis nigricantibus, præsertim pedes 4:ti paris. Abdomen supra cinereo-testaceum, parum nitidum, ocellis marginalibus plerisque nigris, lateralibus ut marginalibus anticis exterioribus ferrugineis, in medio nigris. Venter fusco- vel cinereo-testaceus.

Patria: Manilla. Exempla 5 feminea adulta, bene conservata possidet Mus. Holm.

G. cuspidatæ Koch (Die Arachn. IV, p. 22, fig. 264) ex Java valde propinqua, sed forma processuum posticorum abdominis, corporis opacitate etc. diversa.

10. G. guttata Thor.

Syn. 1860. **Gasteracāntha guttātā** Thorell, loc. cit., pag. 302.

Sub-nitida, cephalothorace nigro, parte cephalica rubra, fascia media nigra, pedibus testaceis, fusco-annulatis; abdomine ferrugineo-testaceo, maculis marginalibus minoribus antice duabusque dorsualibus majoribus, rotundatis, albis: fere dimidio latiore quam longiore, antice fortiter rotundato, angulis sex lateralibus et posticis tuberculo minore, granulato, in medio dente parvo armato instructis. — ♀ ad.?, long. c:a 5 millim.

Cephalothorax c:a $2\frac{1}{2}$ millim. longus et latus, parte cephalica nitida, pilosa, tenuissime impresso-punctata, pone oculos laterales leviter, pone medios fortius impressa, tuberculo postico sat alto, integro. Sternum ovatum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad coxas vix ullis. Oculi sat magni; area mediorum postice evidenter latior quam antice: postici eorum inter se spatio paullo majore, antici vero paullo minore distantes, quam quo illi ab his sejuncti sunt. Mandibulæ mediocres, ovatæ, latitudine basali paullo longiores, in dorso parum convexæ. Maxillæ sub-orbiculatæ, intus oblique truncatæ. Labium semi-circulatum, apice sub-acuminatum. Palpi sat breves, crassitie metatarsorum anticorum. Pedes breviores, robusti: 4:ti paris cephalothorace c:a $2\frac{1}{2}$ longiores; patellæ 1:mi paris tibiis paullo tantum breviores. Abdomen transversum, longitudine (c:a 4 millim.) dimidio latius, scuto dorsuali antice fortiter rotundato, in lateribus oblique truncato, postice quoque, sed levius, rotundato; inter scutum et partem posticam emarginatum, hac parte brevi, lata, apice truncata; omnibus sex angulis tuberculo granulato et piloso et in medio dente vel mucrone parvo, acuto, medio armato instructis. Interstitium inter dentem anticum et medium sat magnum (c:a $1\frac{1}{2}$ millim.), inter posticos duos dimidio majus; inter medium et posticum hoc fere minus. Supra pubescens est abdomen, scuto dorsuali versus latera et parte postica granulatis; ocelli mediocres, sub-æquales, oblongi: antici marginales seriem rectam vel sub-recurvam formant, postici seriem fortiter recurvam; horum medius reliquis paullo minor, sub-geminatus. Ocelli medii postici dimidiati. Venter granulatus, sub-plicatus.

Cephalothorax niger, albido-pubescens, parte cephalica supra ferrugineo-rubra, vitta media longitudinali nigra, summoque margine partis thoracicæ etiam rufescenti. Sternum fuscum, maculis antica et lateralibus ferrugineis. Mandibulæ nigro-fuscæ, macula obliqua versus apicem et basi rufescentibus. Maxillæ et labium fusca, illæ margine intus, hoc apice late ferrugineis. Palpi et pedes ferrugineo-testacei, annulis fuscis, præsertim pedes 4:ti paris. Abdomen supra ferrugineo-testaceum, ocellis ple-

risque nigris, lateralibus et anticis marginalibus exterioribus exceptis, qui magis ferruginei sunt; ad marginem anticum maculas 5 minores, albicantes, oblongas ostendit, quarum media lineolam longitudinalem refert, et pone hanc, in medio dorsi, inter ocellos medios, maculas duas majores, albidas, rotundatas, nigrore circumdatas. Anguli abdominis nigricantes, superficies tuberculorum granulata cum dentibus ferruginea. Venter nigricans, maculis clarioribus.

Patria: Malacca. Specimen femineum, siccatum, a KINBERG lectum in Mus. Holm. adest.

Ad formam G. cuspidatæ KOCH magis etiam similis, quam species prior; colore vero abdominis facillime a sui similibus internoscatur.

11. G. horrens THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha horrens** THORELL, loc. cit., pag. 303.

Nigra, pedibus sordide testaceis, fusco-lineatis-annulatisque, abdomine sub-transverso, supra testaceo-fusco, antice fortiter angulato-rotundato, scuto dorsuali postice leviter tantum rotundato, in latere utrinque spinis duabus appropinquantibus, divaricantibus, oblique foras et sursum directis armato, anteriore tenui, subulata, sat parva, altera duplo majore, a basi versus vicinitatem apicis parum angustata, et tum conice acuminata: parte postica sat angusta, brevi, spinis duabus mediocribus, subulatis, divaricantibus, libratis armata. — ♀ ad., long. c:a 8 millim.

Cephalothorax c:a 3½ millim. longus, parte cephalica paullo angustiore, postice declivi, supra subnitida, rugoso-punctata, pilosa, pone oculos laterales sat profunde, pone oculos medios vix manifeste transverse impressa, tuberculo postico parum manifesto, medio impresso. Sternum ovatum, antice late truncatum, planum, rugosum, postice carinato-acuminatum, tuberculis ad insertiones coxarum evidentibus. Oculi medii aream occupant postice paullo latiorem: medii postici paullo majore spatio inter se distant, quam quo ab anticis mediis remoti sunt, hi autem spatio, hoc paullo minore. Mandibulæ haud ita crassæ, latitudine basali dimidio longiores, nitidæ, in dorso sat convexæ, impressione transversa supra apicem. Maxillæ ovato-orbiculatæ, parallelæ. Labium transversum, antice rotundatum. Palpi metatarsorum anticorum crassitie. Pedes sat graciles, mediocres; 4:ti paris cephalothorace fere 3:plo longiores (10 millim.); femora anteriora reliquis parum crassiora. Abdomen transversum, (long. c:a 6 millim., latit. fere 7½ millim.), multangulo-rotundatum, supra convexum, nitidum, antice fortiter rotundatum vel potius lineâ ita bis fractâ, ut in tres partes æquales dividatur, definitum, scuto dorsuali postice multo levius, æque et late rotundato, in latere utrinque oblique et anguste sub-emarginato et ibi in angulis spinis duabus armato, quarum anterior brevior est (c:a 1¼ millim.), tenuis, acutissima, subuliformis, foras, sursum et anteriora versus directa, altera plus duplo longior (2¾—3 millim.), crassa, a basi ad vicinitatem apicis paullo tantum angustata et tum conice acuminata, foras, sursum et paullo retro directa, 1½—2 millim. pone priorem exiens; parte postica brevi, sat angusta, leviter emarginata, spinis duabus libratis, divaricantibus, subulatis, acutissimis, longitudine inter priorum mediâ, postice armata; omnibus spinis, præsertim mediis, nitidis, granulatis et pilosis. Spinæ posticæ inter se spatio plus dimidio majore distant, quam quo distat spina antica a media, et dimidio fere minore, quam spatium inter mediam et posticam. Ocelli sat parvi, oblongi: antici marginales seriem paullo procurvam formant; laterales anteriores iis paullo majores sunt, posteriores vero paullo minores; postici in seriem recurvam ordinati, sex, exteriores bini inter se valde appropinquantes, sub-contingentes, medii duo minimi, spatio majore disjuncti. Abdomen subtus nitidum, tenuissime et raro granulatum, postice sub-plicatum.

Cephalothorax niger, albido-pubescens, margine frontis sub-ferrugineo. Sternum nigro-piceum, linea marginali transversa antica maculisque ad coxas sub-testacis. Mandibulæ nigræ. Maxillæ et labium nigro-picea, illæ margine intus, hoc apice sub-testaceo. Palpi sordide testacei, fusco-sub-annulati. Pedes sordide testacei, coxis piceis; femora, patellæ et tibiæ linea longitudinali fusca; metatarsi et tarsi apice nigricantes. Abdomen supra testaceo-fuscum, ocellis ferrugineis, spinis piceis, posterioribus basi ferrugineis; subtus testaceo- et fusco-maculatum.

Patria: Assam (Ind. Or.). Specimen femineum descriptum a Mus. Holm. possidetur.

G. Hasseltii KOCH (Die Arachn. IV pag. 29, fig. 267), quæ Javam inhabitat, simillima hæc species est, formâ spinarum mediarum præcipue internoscenda.

12. G. minax THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha minax** THORELL, loc. cit., pag. 303.
?1865. » **flavo-maculata** KEYSERLING, Beitr. z. Kenntn. d. Orbitelæ, in Verhandl. d. zool.-bot. Gesellsch. in Wien, XV (1865), pag. 801, Tab. XIX, fig. 8 et 9.

Nigra et sub-testacea, cephalothorace nigro, pedibus fusco-testaceis, 1:mi paris reliquis longioribus, abdomine lurido, sub-transverso, scuto dorsuali antice posticeque fortiter rotundato, utrinque spinis duabus brevioribus, crassis, conicis, anteriore minore, inter se proximis, sub-erectis armato: parte postica spinas duas divaricantes, majores emittenti. — ♀ ad., long. c:a 8 millim.

Cephalothorax c:a 3½ millim. longus, parte cephalica paullo angustiore, supra nitida, pilosa, impressionibus pone oculos laterales transversis parum profundis, in margine postico sub-incisa, impressione longitudinali tenui, lata, ad oculos posticos inde ducta. Sternum ovatum, valde convexum, postice acuminatum et depressum. Oculi medii antici inter se et a margine frontis non minus distant, quam a mediis posticis. Mandibulæ mediocres, latitudine basali fere dimidio longiores, femore antico non multo crassiores, in dorso modice convexæ. Maxillæ sub-orbiculatæ; labium sub-triangulare. Palpi mediocres, metatarsis anticis paullo crassiores. Pedes sat breves et robusti, antici 4 incrassati; prop. 1, 2, 4, 3 esse videntur: 1:mi paris saltem paullo longiores quam 4:ti sunt, at cephalothorace haud 3:plo longiores (9—10 millim.). Abdomen transversum, longitudine (c:a 6½ millim.) paullo latius (c:a 8 millim.), fere triangulari-rotundatum, supra convexum, sub-nitidum, scuto dorsuali antice posticeque fortiter rotundato, in medio latere utrinque ita sub-inciso, ut tubercula duo inter se proxima formentur, in suam quodque spinam brevem, crassam, conicam continuata, quarum anterior sat parva foras et sursum, parumque anteriora versus dirigitur; altera, fere duplo major (c:a 2 millim.), foras, etiam magis sursum et paullo retro directa, a margine abdominis paullo remota est, ita ut spatium inter spinas duas anteriores non parum majus sit, quam inter duas medias. Pars postica abdominis sat magna, lata, postice late emarginata et utrinque in spinam, prioribus etiam longiorem, exiens; quæ spinæ sat divaricantes sunt paulloque sursum directæ, et inter se spatio disjuncti, quod minus non est, quam quo a spinis mediis distant. Ocelli parvi, rotundati, sub-æquales, marginales antici in lineam procurvam dispositi, laterales anteriores a posterioribus lateralibus longe remoti; postici tres, geminati, in lineam recurvam ordinati. Venter sub-nitidus, tenuissime et rarius granulatus, postice plicatus.

Cephalothorax niger, albido-pubescens. Sternum in medio flavo-testaceum, ad margines fuscum. Mandibulæ nigræ. Maxillæ et labium nigro-picea, apice late flavo-testacea. Palpi nigro-picei. Pedes fusco- vel sordide testacei, tibiis quarti paris et omnibus metatarsis tarsisque apice anguste nigris. Abdomen supra et subtus cinereo- vel sub-olivaceo-testaceum, ocellis nigro-fuscis, spinis supra piceis, subtus magis ferrugineis.

Patria: Sidney (Nova Hollandiæ), ubi specimina duo feminea legit KINBERG, quæ nunc siccata ante oculos habeo.

13. G. parvula THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha parvula** THORELL, loc. cit. pag., 303.

Nigro-fusca, pedibus sordide testaceis, nigro-sub-annulatis; abdomine transverso, stellato-ovali, fere plano, flavo-testaceo, nigris maculis, antice modice rotundato, in

lateribus et postice quinquies rotundato-emarginato, angulis triangularibus, fere æque inter se distantibus, apice mucrone minutissimo instructis; ventre nigro, maculis duabus flavis. — ♂ ad., long. c:a 2¾ millim.

Cephalothorax c:a 1 millim. longus, supra rugoso-punctatus, opacus, sub-pubescens, impressione utrinque obliqua, nitida, partem thoracicam a parte cephalica dividenti: hæc pars magna est, versus oculos medios levissime longitudinaliter impressa, rotundata, convexa, tuberculo oculorum mediorum prominenti, tuberculo postico nullo: postice in partem thoracicam parvam, antice altam, in lateribus rotundatam, versus petiolum valde declivem æque transiens! Sternum ovatum, sub-planum, antice late truncatum, postice acuminatum. Oculi medii sub-æquales aream occupant postice paullo latiorem, latitudineque postica paullo breviorem; intervallum inter anticos eorum et posticos paullulo minus, quam inter anticos et marginem frontis; oculi laterales sat demisse in tuberculo acuto bini positi. Mandibulæ parvæ, debiles, perpendiculares, ovato-cylindratæ, in dorso vix convexæ, femore antico angustiores, latitudine ad basin duplo longiores. Maxillæ parvæ, angustiores, in labium sub-triangulare, apice obtusum inclinatæ. Palpi breves, tenue pubescentes, clava magna: parte femorali mediocri, sub-cylindrata, versus apicem paullo incrassata; patellari brevi, fere inverse pyramidata, apice angusto parti tibiali brevissimæ, obliquæ, multo breviori quam latiori juncta; tarsali magna, sub-ovata, longitudine partium reliquarum conjunctim, e lamina oblonga, oblique acuminata, basi convexo-elevata et bulbo magno, exserto, sat complicato consistenti. Pedes proportione 1, 2, 4, 3, breviores, sat graciles, tenue pubescentes; femora 4 anteriora apice utrinque aculeo parvo armata sunt, patellæ eorundem pedum alio aculeo in latere exteriore. Abdomen transversum, stellato-ovale, longitudine (c:a 2 millim.) plus dimidio latius, supra fere planum, versus latera tenuissime granulatum, opacum, antice modice rotundatum, tum quinquies rotundato-emarginatum, ita ut sex anguli plani, trianguli, acuminati formentur, mucrone minutissimo, vix conspicuo in apice instructi: bini in latere scuti dorsualis postice leviter tantum rotundati, duo in parte postica abdominis brevissima, sat lata; 4 posteriores eadem fere magnitudine sunt et pariter inter se distant, antici duo paullo minores sunt et mediis paullo propiores. Ocelli parvi, rotundi; medii, reliquis majores, aream longitudine etiam antice latiorem ocupant. Venter sub-nitidus, tenue granulatus.

Cephalothorax nigro-piceus, parte cephalica postice plaga sub-ferruginea. Sternum flavum, summo margine fusco. Mandibulæ ferrugineæ, basi fuscæ. Maxillæ et labium nigro-fusca, apice late testacea. Palpi fuscius testacei, clava ad partem fusca. Pedes fusco-testacei, patellis, tibiarum, metatarsorum tarsorumque apice anguste, in pedibus 4:ti paris latius, infuscatis. Abdomen flavo-testaceum, maculis magnis, ad partem confluentibus, nigris versus margines; omnes igitur anguli supra ad maximam partem nigricantes. Venter niger, maculis duabus flavis.

♀ ignota.

Patria: Singapore, unde unicum marem domum reportavit KINBERG.

14. G. tuberosa THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha tuberosa** THORELL, loc. cit., pag. 303.

Cephalothorax niger, parte cephalica supra fusco-rufescenti, pedibus rufescentibus, nigro-sub-annulatis; abdomen transversum, supra testaceo-fuscum, granulatum, scuto dorsuali antice posticeque late truncato, in latere utrinque emarginato, angulis quattuor rotundatis, in tubera crassa, alta, tuberculata et dente erecto armata incrassatis; parte postica tuberibus duobus minoribus, libratis, dente armatis instructa. — ♀ ad., long. c:a 7½ millim.

Cephalothorax c:a 3½ millim. longus, sub-quadratus ut in plerisque, parte cephalica alta, paullo angustiore, sat magna, ad partem thoracicam declivi, supra granulata, antice impressione ordinaria pone oculos laterales bene expressa, postice fere bis convexa, impressione media, lata, sat profunda versus oculos

medias ducta. Sternum planum, ovatum, postice acuminatum, tuberculo parvo ad labium, quod parvum et sub-triangulare est. Mandibulæ crassæ, breves, sub-ovatæ, in dorso modice convexæ, latitudine basali paullo longiores. Palpi metatarsis anticis paullo crassiores. Pedes breves, robusti, proportione ordinaria, 4 anteriores incrassati; 4:ti paris cephalothorace c:a duplo longiores (7 millim. longi), 1:mi paris his parum breviores. Abdomen transversum, in dorso fere planum, sat grosse granulatum, longitudine (6 millim.) haud dimidio latius (8—9 millim.), scuto dorsuali antice posticeque paralleliter truncato, latitudine longitudinem plus dimidio superanti, postice paullo angustiore, lateribus in medio emarginatis, angulis fortiter rotundatis, in tubera magna, alta incrassatis, quæ in latere exteriore tuberculis parvis aspera sunt, magis intus, versus dorsum, dente vel spina parva, erecta armata; parte postica brevissima, duplo angustiore quam scutum dorsuale, in medio postice emarginata, angulis duobus in tubera sub-librata et parallela, anterioribus duplo minora, tuberculis obsita et dente parvo postice armata incrassatis; qui dentes reliquis paullo minores sunt, sub-librati et paralleli. Ocelli mediocres; marginales laterales et antici oblongi, reliqui magis rotundati; antici marginales lineam paullo procurvam formant, postici 5 lineam fortiter recurvam; laterales ita dispositi sunt, ut bini oblique ante tuber anticum, bini alii oblique inter anticum et medium, et reliquus singulus pone hoc inveniantur. Venter dense granulatus, plicatus.

Cephalothorax niger, parte cephalica fusco-rufescenti, in medio dorsi ad longitudinem nigricanti. Sternum flavum, margine summo fusco. Mandibulæ rubræ, apice nigro. Palpi fusci, annulis rufescentibus. Pedes fusco-rufescentes, coxis ferrugineis, femoribus patellisque supra macula lineisve nigricantibus, reliquis internodiis apice fuscis, præsertim 4:ti paris. Abdomen supra testaceo-fuscum, ocellis granulisque fuscioribus, tuberculis obscurius, dentibus clarius ferrugineis, his apice summo fuscis; subtus magis ferrugineo-fuscum.

Patria: Caffraria. Specimen descriptum, in spiritu vini asservatum, a WAHLBERG inventum.

15. G. tabulata THOR.

Syn. 1860. **Gasteracantha tabulata** THORELL, loc. cit., pag. 303.

Cephalothorax niger, parte cephalica rubra; pedes nigri, femoribus anterioribus annulisque rubris; abdomen transversum, supra luteo-flavum, subtus nigricans, ferrugineo-maculatum, scuto dorsuali magno, transverse rectangulo, spinis quattuor minoribus, sub-libratis in angulis armato: parte postica brevissima, ea quoque spinis talibus duabus, paullo divaricantibus instructa. — ♀ ad., long. 7—8 millim.

Cephalothorax 3—3½ millim. longus, formâ ut in plerisque, sub-opacus, parte cephalica lata, antice paullulo angustata, in partem thoracicam declivi, supra rugosa, densius pilosa, impressione pone oculos laterales, aliaque tenuiore, ad oculos medios a margine postico, parum impresso ducta. Sternum sat magnum, sub-planum, granulatum, ovatum, postice sub-acuminatum, tuberculis parvis ad coxas. Oculi medii aream occupant postice satis latiorem, latitudine antica non longiorem: spatium inter oculos anticos et posticos non majus, quam inter illos et marginem frontis. Mandibulæ mediocres, sub-ovatæ, latitudine basali fere dimidio longiores; in dorso leviter convexæ, rugosæ, versus apicem intus impressæ. Labium breve, fere semi-circulatum. Palpi mediocres, metatarsis anticis parum crassiores. Pedes breviores, robusti, præsertim 4 anteriores; 4:ti paris cephalothorace non 2½ longiores (7—8 millim.), 1:mi paris iis vix vel non breviores. Abdomen magnum, transversum, supra fere planum, sub-nitidum, ocellis opacis; tenuiter et raro, ad margines densius granulatum, 5—6½ millim. longum, 7—9 latum, scuto dorsuali longitudine plus dimidio latiore, fere rectangulo, antice posticeque parallele truncato, versus angulos tantum paullo oblique, lateribus plane parallelis, longis, angulis dente vel spina sat parva armatis: spinæ duæ anticæ paullo minores, libratæ, foras et anteriora versus directæ, alteræ foras, retro et paullo sursum; parte postica brevissima, sat angusta, late at non profunde emarginata, dentibus vel spinis duabus prioribus similibus, libratis, paullo divaricantibus postice instructa; spina antica a media spatio distat,

quod totum scuti dorsualis latitudinem fere æquat, duæ posticæ eodem fere spatio inter se distant, media vero a postica intervallo fere duplo minore sejuncta est. Ocelli sat magni, plerique oblongi; marginales antici in lineam parum procurvam, postici 5 in lineam paullo recurvam dispositi. Venter dense granulatus, plicatus.

Cephalothorax niger, parte cephalica rubra, densius albido-pilosa, linea media longitudinali fusca. Sternum nigro-fuscum, maculis ad coxas rufo-ferrugineis. Maxillæ et labium nigro-fusca, apice anguste clariora. Palpi nigricantes, parte femorali rufescenti. Pedes nigri, coxis apice ferrugineis; femoribus rufis, apice, præsertim in pedibus posterioribus, nigris; metatarsis tarsisque basi rufis. Abdomen supra luteo- vel aureo-flavum, centris ocellorum obscurioribus, summo margine scuti dorsualis et partis abdominis posticæ, ut et spinis, nigris; subtus nigrum, maculis parvis testaceo-ferrugineis.

Patria: Caffraria. Tria specimina, a Wahlberg lecta, vidimus.

16. G. modesta Thor.

Syn. 1860. **Gasteracantha modesta** Thorell, loc. cit., pag. 304.

Rufo- vel ferrugineo-fusca, pedibus rufescenti-annulatis, abdomine transverso, supra fusco vel cupreo, scuto dorsuali sub-rectangulo, postice parum angustiore, antice posticeque truncato, lateribus rectis, angulis rotundatis, dente parvo, obliquo armatis: parte postica brevissima, sat lata, dentibus ejusmodi duobus, sub-parallelis armata. — ♂ ad., long. c:a 4 millim.

Cephalothorax parum plus 2 millim. longus, longitudine paullo angustior, formâ, ut in ceteris, sub-rectangulâ, parte cephalica antice truncata, rectangula, tuberculis tamen oculorum sat prominentibus, supra rugosa, depressione levi pone oculos laterales, postice in medio ad longitudinem impressa, utrinque gibboso-convexa, in partem thoracicam sat altam et declivem, a qua impressione transversa utrinque separatur, postice paullatim transeunti. Sternum ovàtum, antice truncatum. Oculi medii antici a margine frontis paullo longius distantes, quam a posticis, cum quibus aream postice multo latiorem, hac latitudine breviorem, formant. Mandibulæ conice ovatæ, femore antico vix crassiores, latitudine ad basin duplo longiores, in dorso sat convexæ, rugosæ et pubescentes. Maxillæ breves, sub-orbiculatæ. Labium parvum, rotundato-triangulum. Palpi graciles, clava sat magna, ovata: parte femorali mediocri; patellari brevi, globoso-cylindrata, non longiore quam latiore; tibiali brevissima, subtus in latere exteriore fere in cunei formam dilatata, tarsali e lamina anguste ovata, pubescenti, sub-acuminata et bulbo sub-ovato, sat simplici composita. Pedes sat robusti, breviores, prop. 1, 2, 4, 3; 1:mi paris cephalothorace c:a $2\frac{1}{2}$ longiores (5 millim.); anteriores 4 reliquis crassiores. Abdomen transversum, c:a 3 millim. longum et paullo plus 4 millim. latum, supra parum convexum, tenuiter granulatum, scuto dorsuali sub-rectangulo, postice paullulo tantum angustiore, antice posticeque truncato, lateribus rectis; anguli 4 sub-rotundati sunt, dente quisque vel spina parva armati, quarum duæ anteriores foras directæ sunt et paullo tantum sursum et anteriora versus, duæ posteriores foras, retro et magis sursum; pars postica brevissima est, sat lata, postice emarginata, ea quoque talibus spinis duabus, sub-parallelis, paullo sursum directis instructa. Omnes spinæ sub-æquales, spatio inter anticam et mediam paullo majore, quam inter duas posticas, et plus dimidio majore, quam inter mediam et posticam. Ocelli mediocres, plerique marginales oblongi: antici lineam fere rectam, postici 5, sat parvi, lineam fortiter recurvam designant; medii aream latitudine etiam antica multo breviorem occupant. Venter plicatus, tenuissime granulatus.

Cephalothorax obscure ferrugineo-fuscus, margine frontis clariore. Sternum cum maxillis et labio ferrugineis. Mandibulæ nigricantes, basi apiceque ferrugineæ. Palpi ferrugineo-fusci, lamina colore clariore. Pedes ferrugineo-fusci, metatarsis tarsisque testaceo-ferrugineis, apice anguste fuscis, tibiæ quoque et femora posteriora basi plus minus late ferruginea. Abdomen supra nigro- vel cupreo-fuscum, vestigiis lineæ anticæ, longitudinalis, abruptæ, testaceæ, ocellis et spinis fusco-ferrugineis; subtus

nigro-fuscum, versus latera clarius, vestigiis lineæ transversæ albicantis ita abruptæ, ut maculæ duæ ad marginem anticum utrinque formentur.

♀ (paullo tantum major, an adulta?) differt parte cephalica rufescenti-ferruginea, postice in partem thoracicam magis abrupte declivi, supra minus convexa, tuberculis oculorum minus prominentibus; oculis margine frontis paullo propioribus; mandibulis crassioribus, brevibus, sub-conicis, totis nigricantibus; palpis simplicibus nigro-fuscis, internodiis basi plus minus late rufescentibus, femoribus 4 anterioribus fere totis rufis; abdomine - - -?

Patria: Caffraria. Exempla duo a WAHLBERG inventa, unum masculum, in spiritu vini asservatum, alterum femineum, siccatum, mutilatum descripsi.

GENUS ACROSOMA (PERTY) 1834.

1. A. forcipatum THOR.

Syn. 1860. **Acrosoma forcipatum** THORELL, loc. cit., pag. 300.

Rufescenti- et fusco-testaceum, summo partis thoracicæ margine albo, pedibus testaceis; abdomine sub-triangulari-pyramidato, postice latiore, antice posticeque truncato, aculeis lateralibus sex, et cornibus duobus, longitudine fere corporis, crassis, medio angustatis, oblique sub-clavatis, apice mucronatis, paullo ante et supra aculeos duos posticos sitis armato. — ♀ ad., long. cum corn. abd. c:a 14 millim.

Cephalothorax oblongus, long. 4 millim., latitudine maxima (ad. coxas 2:di paris) 3 millim., fronte paullo angustiori ($2\frac{1}{4}$ millim.), plane truncata; impressione magna, transversa (ad coxas 1:mi paris), puncto magno profundo utrinque desinenti, quæ impressio partem cephalicam sub-rectangulam, modice convexam, dimidio fere breviorem quam latiorem a parte thoracica postice angustata, cordato-ovata, in lateribus rotundata, supra satis convexa, puncto profundo ad impressionem transversam lineisque duabus postice divaricantibus impressa dividit. Oculi quattuor medii sub-sessiles, in quadratum fere dispositi, postici majores quam antici, sed spatio non majore distantes, quam hi inter se; laterales bini tuberculo parvo, sub-acuto impositi, inter se proximi, at non contingentes: antici eorum a mediis anticis spatio 3:plo—4:plo longiore distantes, quam quo distant hi inter se. Mandibulæ breves, crassæ, ovatæ, femore crassiores, latitudine basali vix longiores. Maxillæ breves, rotundatæ, intus oblique sub-truncatæ. Labium breve, apice rotundatum, sub-acuminatum. Palpi breves, graciles. Pedes prop. 4, 1, 2, 3, sat graciles, pilosi et aculeati, femoribus subtus granulatis; 4:ti paris cephalothorace 4:plo longiores. Abdomen sub-triangulari-pyramidatum, 5—6 millim. longum, postice latius, antice posticeque truncatum, coriaceum, impresso-punctatum, in lateribus ad longitudinem plicatus, aculeis et cornibus lateralibus 8: duabus aculeis humeralibus parvis, sub-porrectis, tum versus medium aliis duabus, illis plus duplo longioribus, gracilioribus; dein ad angulum posticum utrinque cornu magno, crasso et pubescenti, cephalothorace duplo longiore (c:a 8 millim.), a basi versus medium paullo angustato, tum versus apicem etiam magis et oblique incrassato, apice ipso in mucronem parvum exeunti; ad basin cornus postice et infra aculeus parvus, acutus adest, eadem fere magnitudine, qua aculei humerales.

Cephalothorax rufo-testaceus, parte cephalica versus latera fusciore, margineque summo albicanti. Sternum nigrum. Oculi succinei. Mandibulæ rufo-testaceæ, apice sub-infuscatæ. Maxillæ, labium et palpi testacea. Pedes testacei, tarsis apice fuscis. Abdomen fusco- vel rufescenti-testaceum, macula dorsuali aliisque utrinque in lateribus flavis, lævibus.

Patria: Cuba. Unicum exemplum femineum, siccatum in Mus. Holm. asservatur.

2. A. bovinum Thor.

Syn. 1860. **Acrosoma bovinum** Thorell, loc. cit., pag. 301.

Rufescenti-testaceum, parte thoracica versus margines nigricanti, ipso margine flaventi; abdomine sub-triangulari-pyramidato, antice posticeque truncato, postice latiore, latitudine postica paullo longiore, supra flavo, aculeis duobus majoribus dorsualibus, pone humeros sitis, duabus aliis minutis in margine pone medium, cornibusque duobus crassissimis, longitudine cephalothoracis, rectis, acuminatis, nigris, basi late rubris, in angulis lateralibus posticis sitis armato. — ♀ ad., long. 7—8 millim.

Cephalothorax ovatus, antice truncatus, long. $3\frac{1}{2}$ millim., latitudine maxima (pone coxas 1:mi paris) $2\frac{3}{4}$ millim., in dorso modice convexus, impressionibus cephalicis angulum valde obtusum formantibus; parte cephalica antice angustata. Oculi 4 medii sat magni, tuberculo obtuso impositi; antici eorum inter se proximi, spatio diametro oculi minore disjuncti, postici paullulo majores et magis distantes; laterales bini tuberculo parvo, acuto impositi, spatio inter se distantes, quod diametrum oculi postici fere æquat. Mandibulæ breves, crassæ, sub-ovatæ, femore multo crassiores, latitudine ad basin vix longiores. Maxillæ rotundatæ, intus sub-truncatæ. Labium breve, apice late rotundatum. Palpi tenues et breves. Pedes graciles, mediocres, proportione 4, 1, 2, 3, pilosi, vix aculeati, femoribus subtus granulatis; 4:ti paris cephalothorace haud 4:plo longiores (c:a 12 millim.). Abdomen sub-triangulari-pyramidatum, antice posticeque truncatum et emarginatum, postice latius, latitudine postica paullo longius (c:a 4 millim.), aculeis 4, cornubus 2: humeris muticis; ante medium aculeis duobus sub-dorsualibus erectis; mox pone medium duobus aliis minutis, marginalibus; angulis posticis in cornua duo sat longa (longit. c:a cephalothoracis), crassissima, recta, oblique sursum divaricantia, obtuse acuminata productis. Spatium inter aculeos anteriores et posteriores majus est, quam inter hos et basin cornuum illorum.

Cephalothorax rufescenti- vel fusco-testaceus, parte thoracica versus latera nigricanti, ipso margine flaventi. Partes oris, palpi et pedes fusco- vel rufescenti-testacei. Abdomen supra flavum, macula utrinque humerali punctisque nigris; aculeis rufescentibus, apice fuscis, cornubus a basi ad medium rufescentibus, tum ad apicem nigris. Latera abdominis et venter fusca, flavo-maculata.

Patria: Alabama (Amer. bor.). Duo specimina, feminea, siccata in Museo Holm. adsunt.

3. A.(?) stelligerum Thor.

Syn. 1860. **Acrosoma stelligerum** Thorell, loc. cit., pag. 301.

Ferrugineo-rubrum, abdomine nigro, flavo-maculato, quadrato-pentagono, spinis quinque rubris: 4 majoribus, divaricantibus, stellam quadri-cuspidem referentibus, 5:ta iis duplo minori, terminali. — ♀ ad., long. c:a 8 millim.

Cephalothorax inverse ovatus, modice convexus, long. 3 millim., latitudine maxima c:a 2 millim., parte cephalica antice paullulo angustata, fronte leviter rotundata, c:a $1\frac{1}{4}$ millim. lata, parte thoracica lateribus rotundatis. Oculi sat magni; 4 medii, tuberculo bene expresso impositi, aream occupant postice angustiorem quam antice; oculi medii postici tamen paullo majores sunt quam medii antici, qui inter se paullulo longius distant, quam a mediis posticis; laterales bini tuberculo impositi, inter se proximi, sed non contingentes; antici eorum a mediis anticis dimidio longius distant, quam hi inter se. Mandibulæ ovato-cylindratæ, crassitie femoris, latitudine basali fere duplo longiores, in dorso modice convexæ. Maxillæ sub-rotundatæ. Labium breve, apice rotundatum. Pedes sat graciles, breviores, prop. 1, 4, 2, 3: 1:mi paris enim paullo longiores quam 4:ti videntur, cephalothorace c:a 3:plo longiores; omnes pilosi et aculeati. Abdomen c:a 5 millim. longum, quadrato-pentagonum, in angulis spinis 4

magnis, acutis, basi crassissimis, divaricantibus, in quadratum fere dispositis, stellam quadricuspidem referentibus, posterioribus tamen inter se paullo longius distantibus, quintaque apicali, ad longitudinem directa, infra et in medio inter has sita, reliquis duplo minori, armatum.

Cephalothorax, cum mandibulis apice sub-infuscatis, ferrugineo-ruber. Sternum, maxillæ et labium fusciora, apice testacea. Palpi ferrugineo-rubri, parte tarsali apice fusca. Pedes eodem colore quo palpi, tibiis et metatarsis apice anguste fuscis, tarsis testaceis, apice nigris. Abdomen supra et in lateribus nigrum, flavo-maculatum, circa basin spinarum cum his ipsis ferrugineo-rubrum, ut dorsum ferrugineo-rubrum potius fortasse dicendum sit, cruce magna, nigra, flavo-maculata in medio.

Patria ignota. Exemplum femineum siccatum ex Mus. Holm. descripsi.

An re vera hujus generis? Pedum proportione, cephalothoracis forma, ut et oculis ad gen. Epeiram accedere videtur. — A Plectana pentacantha WALCK. (Hist. Nat. d. Ins. Apt., II., p. 170), quæ spinas quatuor anteriores verticales habere dicitur, certe distincta species.

GENUS ARGIOPE SAV. et AUD. 1825—7.

Syn. 1825—7. **Argiope** SAV. et AUD., in Déscr. de l'Égypte XXII, pag. 328 (T. Ed. 2:dæ, 1827).
» 1829. **Argyopes** LATR., in Règne. Anim. de CUVIER, Nouv. Ed., IV, pag. 40.
» 1831. **Argyope** LATR., Cours d'Entomol., pag. 529.

1. A. avara THOR.

Syn. 1860. **Argiope** [**Argyope**] **avara** THORELL, loc. cit., pag. 299.

Fusca vel testacea, cephalothorace dense argenteo-piloso, pedibus sub-unicoloribus; abdomine inverse ovato, integro, supra flavo-testaceo, postice transverse nigro-fasciato, ventre nigro, fasciis duabus ad longitudinem maculisque quattuor in trapezium dispositis flavis. — ♀ ad., long. 18—25 millim.

Cephalothorax 7—9 millim. longus, lat. maxima 6—8 millim., fronte duplo angustiore, inverse cordato-orbiculatus, parte thoracica postice truncato-emarginata, lateribus postice parum, antice fortius rotundatis, parte cephalica parva, antice paullo angustata; supra depressus, fere planus, fovea magna, lata pone impressiones cephalicas, dense appresso-pilosus. Sternum latum, ovatum, fere planum, tuberculis parvis ad basin coxarum. Oculi mediocres, aream plus duplo latiorem quam longiorem occupantes; antici laterales omnium minimi, reliqui eadem fere inter se magnitudine; laterales et antici medii bini tuberculo impositi; 4 medii aream occupant postice latiorem, multo longiorem quam latiorem. Series oculorum anticorum fere recta, posticorum valde procurva; laterales inter se contigentes. Oculi medii antici a margine frontis spatio minore, ab anticis vero lateralibus spatio paullo majore distant, quam a mediis posticis. Mandibulæ ovato-cylindratæ, femore multo angustiores, duplo longiores quam latiores, in dorso parum convexæ, in latere exteriore versus apicem sub-sinuatæ. Maxillæ quadrato-orbiculatæ. Labium breve, latum, apice rotundatum. Palpi cephalothorace vix longiores, metatarsorum crassitie. Pedes proportione 1, 2, 4, 3: 1:mi paris cephalothorace c:a 5:plo longiores, 2:di paris his 1 millim., 4:ti 3—4 millim. breviores; 3:tii paris cephalothorace 3:plo longiores; femora et tibiæ 4:ti paris apicem versus paullulo robustiora; omnes pedes dense pilosi et aculeis tenuibus armati, præsertim subtus in tibiis 1:mi et 2:di paris, ubi aculei valde numerosi sunt et fere in duas series dispositi. Abdomen (ante partum) cephalothorace multo majus, 12—16 millim. longum, latitudine c:a $\frac{2}{3}$ longitudinis æquanti, inverse ovatum, sub-pentagonum, antice sub-truncatum, versus apicem sub-compresso-acuminatum, dorso modice convexo; a latere visum apice oblique truncatum, ut mamillæ sat magnæ, exsertæ longius sub et paullo ante apicem sitæ sint. Vulva constat ex foveis duabus, isthmo quasi vel arcu plano disjunctis.

Cephalothorax fusco-testaceus, dense argenteo-pilosus. Sternum fuscum, macula magna cuneata, utrinque dentata, flava. Oculi nigri. Mandibulæ testaceæ, macula plerumque dorsuali fusciore. Maxillæ et labium fusca, apice late testacea. Palpi testacei, nigro-pilosi. Pedes fusco-testacei, albicanti-pubescentes, nigro-pilosi et -aculeati: femoribus subtus testaceo- vel fusco-maculatis, tarsis fere totis, metatarsis apice, tibiis 4:ti paris sæpe, nigricantibus. Abdomen supra flavo-testaceum, pilis argenteis plerumque sparsum, punctis 6 fuscis impressis, et fasciis transversis nigris pictum, postice, pone puncta dorsualia impressa 4 anteriora, plerumque numero quinque, integris, angustis, distinctis, versus cephalothoracem magis minusve obsoletis, ut abdominis dorsum antice fere totum flavo-testaceum sit, vestigiis linearum vel fasciarum, 1 vel 2 in medio, 1 antice interdum quoque; venter niger, fasciis duabus paullo divaricantibus, a rima genitali ad mamillas ductis ibique bis abruptis, flavis, et in area, quam includunt, maculis 4, in trapezium dispositis, posterioribus majoribus, flavis. Vulva fusca, arcu illo testaceo. Mamillæ fuscæ.

Variat multo obscurior, cephalothorace et pedibus nigro-fuscis.

Patria: California (S. Francisco) et Oahu (Honolulu), ubi KINBERG multa specimina feminea legit. — Vix eadem, atque Epeira ætherea WALCK. (Hist. Nat. d. Ins. Apt. II, pag. 112): Arg. ætherea KEYSERL. *) saltem alia est species.

2. A. opulenta THOR.

Syn. 1860. **Argiope opulenta** THORELL, loc. cit., pag. 299.

Testacea, cephalothorace macula utrinque fusca, dense argenteo-piloso, pedibus fusco-annulatis; abdomine inverse ovato, integro, supra flavo-testaceo, vittis tribus latis argenteis, sinuatis, antice in plagam transversam coëuntibus, maculisque transversis flaventibus, nigro-marginatis; ventre atro, vittis duabus ramosis ad longitudinem ductis flavis. — ♀ ad., long. c:a 15 millim.

Cephalothorax 6 millim. longus, latit. maxima 5 millim., fronte plus duplo angustiore, inverse cordato-ovatus, paullo oblongior et convexior quam in A. avara et hujus generis plerisque, parte thoracica lateribus magis æqualiter rotundatis, fovea media minore. Sternum sat magnum, convexum, ovato-cordatum, tuberculis ad insertiones coxarum. Oculi aream occupant dimidio tantum latiorem quam longiorem; area oculorum mediorum multo longior quam latior; antici eorum a posticis longius distant, quam ab anticis lateralibus, et duplo longius, quam a margine frontis. Mandibulæ ovato-cylindratæ, in dorso sat convexæ, femore paullo angustiores, duplo longiores quam latiores. Maxillæ, labium et palpi ad formam ut in priori. Pedes mediocres, sat graciles, dense pubescentes et pilosi, undique aculeis tenuioribus, confertis armati: 1:mi paris cephalothorace 5:plo, 3:tii fere 3:plo longiores. Abdomen inverse ovatum, cephalothorace latius ($6\frac{1}{2}$ millim.), latitudine circiter dimidio longius (10 millim.). Vulva scapum vel arcum brevem, altum, basi (antice) latiorem, incurvo, apice sub-liberum, foveas duas sejungentem exhibet.

Cephalothorax testaceus, plaga magna utrinque in parte thoracica parteque cephalica antice fuscis, pube argentea dense obductus. Sternum nigrum, fascia longitudinali flava. Oculi rufescentes. Mandibulæ nigræ. Maxillæ et labium flava, basi fusca. Palpi testacei. Pedes fusco-testacei, albicanti- et fusco-pubescentes, aculeis nigris, coxis subtus nigro-maculatis, femoribus pedum 4 anticorum fuscioribus, præsertim subtus et versus apicem, ubi maculam vel annulum clarius testaceum habent; tibiis et metatarsis nigro-fuscis, annulis binis testaceis; tarsis testaceis, apice fuscis. Abdomen supra flavens, fasciis tribus latis, longitudinalibus, argenteis, antice confluentibus et plagam vel vittam latam transversam ad cephalothoracem formantibus; vitta media utrinque sinuata est, versus apicem abdominis

*) Beiträge z. Kenntniss der Orbitelæ, in Verhandl. d. zool-bot. Gesellsch. in Wien, XV (1865), pag. 803, Taf. XIX figg. 1—2.

angustata; laterales e maculis paucis plus minus confluentibus vel liberis formatæ sunt; utrinque inter vittam mediam et lateralem maculæ 4 transversæ lineis nigris definiuntur, quarum posteriores, a vitta media exeuntes et ad latera abdominis extensæ, vittam lateralem perrumpunt. Latera abdominis fuscius testacea, punctis et lineolis nigris, flavis et argenteis. Venter ater, fasciis duabus ad longitudinem ductis, versus mamillas paullo divaricantibus, flavis, utrinque ramos binos emittentibus, quorum posteriores majores sunt. In area nigra inter ramos internos puncta duo flava conspiciuntur. Vulva fusca, margine arcus et fovearum testacea. Mamillæ nigræ.

Patria: Java, MELLERBORG. Unicum specimen femineum, siccatum pulcherrimæ hujus araneæ in Museo Holm. asservatum vidi.

3. A. elegans THOR.

Syn. 1860. Argiope elegans THORELL, loc. cit., pag. 299.

Ferrugineo-testacea, cephalothorace albicanti-piloso, pedibus fusco-annulatis; abdomine inverse ovato, integro, humeris acuminatis, supra fusco, vittis tribus transversis aureis, quarum prima, reliquis latior, linea fusca geminatur; ventre nigro, fascia utrinque flava, e maculis, quarum media transversa est, formata, paribusque tribus punctulorum aureorum in medio antice. — ♀ ad., long. 12—16 millim.

Cephalothorax inverse cordato-orbiculatus, 5—5½ millim. longus, latitudine maxima longitudinem fere æquanti, fronte duplo angustiore, parte cephalica antice parum angustata, partis thoracicæ lateribus et angulis posticis æqualiter et fortiter rotundatis; postice in medio emarginatus, supra parum convexus, pone medium fovea transversa, lata impressus. Sternum latum, sub-cordatum, tuberculis ad basin coxarum. Oculi sat parvi, aream plus duplo latiorem quam longiorem occupantes, laterales tuberculis fortibus impositi; area 4 mediorum postice parum latior, quam antice: medii antici a lateralibus anticis vix longius distant, quam a mediis posticis. Mandibulæ ovato-cylindratæ, in dorso parum convexæ, femore angustiores. Maxillæ et labium ut in prioribus. Palpi graciles, longe setosi, parte tarsali versus apicem angustato, sub-acuminato. Pedes breviores, robustiores, pilosi et spinosi; 1:mi et 2:di paris omnino æquales, cephalothorace circiter 4½ longiores, 4:ti his vix 1 millim. breviores, 3:tii cephalothorace 2½ longiores. Abdomen 9—11 millim. longum, latitudine c:a ⅘ longitudinis æquanti, antice latum, oblique truncatum, angulo utrinque acuto, foras directo, fere librato, versus medium paullo rotundato-dilatatum, versus apicem sub-acuminatum, a latere visum postice oblique truncatum, sub-emarginatum, mamillis sub et ante apicem positis. Vulva e tuberculo minore, transverso, antice truncato, postice rotundato constare videtur.

Cephalothorax ferrugineo-testaceus, maculis fuscioribus, densius albicanti- (argenteo-?)pilosus. Sternum fuscum, macula magna, utrinque dentata, flava. Mandibulæ fusco-testaceæ vel fuscæ. Maxillæ et labium testacea, basi plus minus late fusca. Palpi testacei, parte tibiali basi et apice, tarsali apice fuscis. Pedes fusco- vel ferrugineo-testacei; coxæ subtus fusco-maculatæ; femora, tibiæ et metatarsi apice, basi et annulo medio plus minus late et evidenter fuscioribus; tarsi apice fusci. Abdomen supra olivaceo-fuscum, vittis tribus transversis aureis; prima, reliquis multo latior, linea recta, tenui, fusca, usque ad apicem angulorum humeralium ducta geminatur; secunda, paullo ante medium sita, latitudine interstitii fusci inter primam et secundam est, in quo series transversa punctorum aureorum conspicitur; tertia, pone medium dorsi, spatio a secunda dividitur, quod duplo latius est, quam quo distat secunda a prima. Latera abdominis fusca, aureis punctis et lineolis, maculaque obliqua aurea inter extremitates vittæ dorsualis 2:dæ et 3:tiæ. Venter niger, fascia utrinque, a rima genitali ad latera mamillarum ducta, e maculis aureis composita, quarum una, inter vulvam et mamillas media, transversa est. Spatium inter fascias ventrales punctulis aureis notatur, antice in tria paria dispositis. Vulva et mamillæ fuscæ vel fuscotestaceæ.

Patria: Caffraria, WAHLBERG. Duas feminas in spiritu vini asservatas vidi.

4. A. manicata Thor.

Syn. 1860. Argiope manicata Thorell, loc. cit., pag. 300.

Fusca, cephalothorace fusco-testaceo, vitta transversa fusciori, argenteo-piloso, pedibus fuscis, metatarsis tarsisque testaceis; abdomine ovato-sub-pentagono, integro, humeris angulatis, supra sub-cinereo, area dorsi postice fusciori, ventre nigricanti, fasciis duabus flaventibus. — ♀ jun., long. 4 millim.

Cephalothorax inverse cordato-orbiculatus, sat convexus, latitudine paullo longior, parte thoracica in lateribus æque rotundata, parte cephalica sat magna, antice paullo angustata. Sternum latum, sub-rotundatum, tuberculis ad insertiones coxarum. Oculi medii postici paullo majores, quam medii antici, et inter se multo longius distantes, quam illi inter se. Mandibulæ parvæ, sub-cylindratæ, in dorso vix convexæ. Maxillæ ut in reliquis generis; labium longitudine latius. Pedes graciliores, pilosi et aculeati; 1:mi et 2:di paris eadem fere longitudine sunt, cephalothorace c:a 5:plo, 3:tii vero paris eo fere 3:plo longiores. Abdomen oblongum, ovato-sub-pentagonum, latitudine maxima paullo pone medium; antice truncatum, humeris sub-acuminatis.

Cephalothorax fusco-testaceus, argenteo-pilosus, vitta transversa fusca antice, inter coxas 1:mi et 2:di paris. Sternum nigrum, fascia media flava. Oculi nigri. Mandibulæ testaceæ, dorso fusciori. Maxillæ et labium testacea, basi fusca. Palpi testacei, parte patellari et tibiali apice anguste fuscis. Pedes ad maximam partem fusci, sub-testaceo-annulati, tarsis metatarsisque omnibus fere totis testaceis, metatarsis 3:tii paris exceptis, qui fusci sunt, annulis binis testaceis. Abdomen supra sub-cinereum, dense fusco-reticulatum, punctis nigris in series digestis, area dorsuali postice fusciori, nigricanti. Venter fuscus, faciis duabus longitudinalibus flavis.

Adulti ignoti.

Patria: China (Hongkong), ubi dua exempla immatura, feminea legit Kinberg.

5. A. clathrata Koch.

Syn. 1839. Argyopes clathratus Koch, Die Arach., V, pag. 40, fig. 362.
1841. Epeira australis Walck., Hist. Nat. d. Ins. Apt., II *), pag. 116.
1860. Argiope læta Thorell, loc. cit., pag. 300.

Testacea, cephalothorace dense argenteo-pubescenti, pedibus fusco-annulatis; abdomine lato, depresso, rotundato-pentagono, utrinque in lacinias crassas inciso, supra flavo-testaceo, argenteo-piloso, maculis denudatis in tres series dispositis, ventre fusco-et testaceo-variegato. — ♀ ad., long. c:a 21 millim.

Cephalothorax inverse cordato-ovatus, 7½ millim. longus, latitudine maxima (ad coxas 2:di paris) 6¼ millim., fronte 3 millim. tantum lata; parum convexus, dense appresso-pubescens, parte thoracica magna, longitudine latitudinem fere æquanti, lateribus postice leviter tantum rotundatis, sub-parallelis, postice truncata, fovea media transversa, parum profunda; parte cephalica parva, brevi, antice angustata, lateribus rotundatis. Sternum sub-planum, ovatum, tuberculis ad insertiones coxarum. Oculorum area duplo circiter latior quam longior; area 4 mediorum postice paullo latior; antici medii spatio minore a lateralibus anticis distantes, quam quo a posticis mediis distant. Mandibulæ femore angustiores, ovato-cylindratæ, in dorso parum convexæ, longitudine tarsi 1:mi paris. Maxillæ ut in reliquis; labium apice sub-acuminatum. Palpi cephalothorace paullo longiores, metatarsis paullo crassiores. Pedes graciles, sat longi,

*) Hunc Tomum *non* 1837, ut in titulo ejus legitur, publici juris factum esse, ex eo videri licet, quod de libris annis 1838—1841 typis descriptis mentio ibi facta est.

pilosi et aculeati; 1:mi paris cephalothorace plus 5:plo longiores (38 millim.), 2:di iis 1 millim., 4:ti c:a 3 millim. breviores; 3:tii paris cephalothorace fere 3:plo longiores (23 millim.). Abdomen magnum, latum, depressum, rotundato-pentagonum (15 millim. longum et latum), antice truncatum, sub-emarginatum, latitudine cephalothoracis, humeris rotundatis; tum fere ad medium dilatatum; postea ad apicem rotundato-angustatum; lateribus incisis, laciniis vel mammis libratis, crassis, apice rotundatis utrinque 4, quarum prima paullo pone humerum, parva, simplex, reliquæ majores, antice in latere impressione sub-geminatæ; apice ipso abdominis utrinque sub-inciso. Vulva arcum angustum, alte curvatum exhibet, septo pellucido ventri conjunctus et foveas duas separans. Mamillæ magnæ, ante apicem abdominis (a latere visi) oblique truncati positæ.

Cephalothorax testaceus, plaga utrinque fusca, dense argenteo-pubescens, macula ad petiolum magna, transversa, denudata, nigra. Sternum fuscum, fascia media tuberculisque ad coxas flavis. Mandibulæ testaceæ, unicolores, vel macula dorsuali fusciore. Maxillæ, labium et palpi testacea, hi apicem versus nigro-pilosi et aculeati. Pedes testacei, fusco-annulati; femora apice et maculis vel annulis binis trinisve fuscis; tibiæ apice, medio et basi fuscis; metatarsi fusco-testacei, apice nigricantes, annulo versus basin clariore. Tarsi fusco-testacei, apice nigri. Abdomen supra flavo-testaceum, pube densa, argentea, appressa tectum, punctis majoribus impressis ordinariis aliisque minoribus nigris sparsis, maculis majoribus denudatis posteriora versus, in tres series dispositis; subtus fuscum, dense testaceo-sublineatum, fasciis duabus longitudinalibus e maculis nigro-marginatis, flavis, confluentibus formatis, spatio interjecto fusco- et flavo-variegato. Vulvæ arcus testaceus, foveæ fuscæ. Mamillæ fusco-testaceæ.

♀ jun. (9 millim. longa) differt abdomine duplo fere longiore quam latiore, laciniisque abdominis minoribus.

Patria: Caffraria, WAHLBERG. Duo exempla feminea, unum adultum, alterum junius, cognovi.

Species nunc descripta, quam antea A. lætam nominavi, vix ab A. clathrata KOCH sive Epeira australi WALCK. differt. Primum a KOCHIO sub nomine Argyopis clathrati descripta est, tum a WALCKENAERIO nomine Ep. australis (vide Syn.). *Nomen* quidem Ep. australis jam in WALCKENAERII Tableaux des Aranéides pag. 56 (1805) invenitur; quum vero nulla descriptione vel figura, neque ullo alio modo ibi definitur, nomen Kochianum antiquius habendum est eique anteferendum.

6. A. nigro-vittata THOR.

Syn. 1860. **Argiope nigro-vittata** THORELL, loc. cit., pag. 300.

Nigro-fusca, cephalothorace argenteo-pubescenti, palpis et pedibus testaceis, his dense nigro-annulatis; abdomine brevi, depresso, hexagono-rotundato, lateribus exciso-laciniatis, supra albicanti, fasciis transversis nigris, argenteo-pilosis, ventre fusco, testaceo-maculato. — ♀ ad., long. c:a 19 millim.

Cephalothorax inverse cordato-ovatus, parum convexus, appresso-pilosus, 8½ millim. longus, latitudine maxima (inter coxas 1:mi et 2:di paris) 7 millim., parte thoracica magna, paullo longiore quam latiore, lateribus leviter rotundatis, sub-parallelis, postice sub-truncata et in medio emarginata, angulis rotundatis, fovea media transversa; parte cephalica parva, brevissima, antice angustata, lateribus rotundatis, fronte vix ultra 2½ millim. lata. Sternum latum, ovato-cordatum, tuberculis ad basin coxarum. Area oculorum duplo circiter latior quam longior; medii antici a mediis posticis majore spatio sejuncti, quam ab anticis lateralibus, et inter se longius distantes quam diametro oculi. Mandibulæ crassitie femoris, longitudine tarsi 1:mi paris, in dorso parum convexæ. Maxillæ ut in reliquis generis; labium latitudine vix brevius, apice rotundato-acuminato. Palpi cephalothorace paullo breviores, metatarso crassiores. Pedes breviores, graciles, pilosi et aculeati: 1:mi paris cephalothorace c:a 4¾ longiores (39 millim.), 2:di his 1 millim., 4:ti c:a 3 millim. breviores; 3:tii paris cephalothorace 2¾ longiores. Abdomen valde depressum, hexagono-rotundatum, antice posticeque sub-truncatum et versus medium valde dilatatum, latitudine maxima (14 millim.) paullo brevius (13 millim.), utrinque in lacinias 5 crassas, libratas, apice ro-

tundatas, in latere anteriore sub-geminatas excisus, quarum prima parva est, sequentes 3 majores, 5:ta minima. Vulva ex arcu alto, in medio sulcato, postice repente angustato, cum fovea magna rotundata utrinque constat. Mamillæ crassæ, ante extremitatem abdominis positi.

Cephalothorax nigro-fuscus, fascia media marginibusque testaceis, dense argenteo-pilosus, macula magna transversa ad petiolum nigra. Sternum nigrum, fascia media tuberculisque posterioribus flavis. Oculi nigricantes. Mandibulæ testaceæ, apice fuscæ. Maxillæ et labium fusca, apice testacea. Palpi testacei, parte tarsali paullo fusciori. Pedum internodia testacea, annulis trinis nigris, tarsis fere totis nigris. Abdomen supra albidum, punctis nigris impressum, argenteo-pubescens, vittis 5 transversis nigris, argenteo-pubescentibus, a latere anteriore laciniarum ductis: prima, prope cephalothoracem sita, et posteriores in medio abruptæ. Venter fuscus, testaceo-variegatus; laciniæ subtus ad maximam partem nigræ. Vulva et mamillæ fuscæ.

Patria: Caffraria. Unicum exemplum, a WAHLBERG captum, lustravi.

7. **A. cuspidata** THOR.

Syn. 1860. **Argiope cuspidata** THORELL, loc. cit., pag. 300.

Testacea, cephalothorace albicanti-villoso, pedibus nigro-annulatis: abdomine subpentagono, humeris acuminatis, postice 5-cuspidato, supra cinereo-albicanti, vitta ante tubercula humeralia transversa, nigra: subtus versus latera virescenti, fusco-maculato, in medio nigricanti, fasciis duabus punctisque flavis. — ♀ ad., long. c:a 25 millim.

Cephalothorax inverse cordato-orbiculatus, 8 millim. longus, $7\frac{1}{2}$ latus, latitudine frontis $3\frac{1}{4}$ millim., supra parum convexus, pilis longioribus tectus; parte thoracica in lateribus postice leviter, antice fortius rotundata, postice truncata, angulis rotundatis, in medio sub-emarginata; parte cephalica brevi, antice sub-angustata, lateribus leviter sinuatis. Sternum ovatum, fere planum, tuberculis parvis ad insertiones coxarum. Oculi mediocres, aream plus duplo latiorem quam longiorem occupantes; series 4 anticorum evidenter procurva: area 4 mediorum antice multo angustior, mediis anticis a lateralibus anticis vix longius, quam a mediis posticis distantibus. Mandibulæ ovato-cylindratæ, femore angustiores, tarso 1:mi paris parum longiores, in dorso parum convexæ. Maxillæ et labium ut in priori. Palpi cephalothorace paullo longiores, parte tarsali apicem versus parum angustata. Pedes mediocres, satis robusti, pilosi et aculeati; 1:mi paris cephalothorace fere 5:plo longiores (38 millim.), 2:di his vix 1, 4:ti c:a 3 millim. breviores: 3:ti paris cephalothorace fere 3:plo longiores. Abdomen (17 millim. longum, 12 millim. latum) sub-pentagonum, antice cephalothorace paullo latius et perpendiculariter truncatum, tuberculo acuto, subporrecto in humero utroque; usque ad medium lateribus sub-rectis dilatatum, tum in apicem postice acuminatum, et utrinque in tubercula tria librata, acuminata productum, quorum primum, paullulo pone medium situm, parvum est, reliqua duo majora, c:a $2\frac{1}{2}$ millim. longa, spatio sat magno inter se et ab ipso apice abdominis distantia, cum quo abdomen postice 5-cuspidatum reddunt. Vulva arcu vel tuberculo triangulo, fovea minori in latere utrinque, constat.

Cephalothorax testaceus, pilis longioribus albicantibus villosus. Sternum nigrum, fascia magna, utrinque dentata, flava. Oculi nigricantes. Mandibulæ testaceæ, apice fuscæ. Maxillæ fuscæ, apice late testaceæ. Labium testaceum, basi fuscum. Palpi testacei, internodiis apice sub-infuscatis. Pedes ferrugineo-testacei, annulis nigris: coxæ subtus nigro-maculatæ, femora annulis vel maculis trinis, ad apicem, basin et in medio; patellæ fere totæ nigræ; tibiæ apice et basi anguste nigræ; tarsi fusco-testacei, apice nigri. Abdomen supra cinereo-albicans, fuscius sub-reticulatum, duplici serie punctorum impressorum ordinaria vittaque ante tubercula humeralia transversa, nigra, quæ utrinque oblique ad medium latus abdominis continuatur; subter versus latera virescens, oblique fusco-maculatum, in medio fasciis duabus longitudinalibus flaventibus, intus ramulum vel dentem medium emittentibus, spatio interjecto nigricanti, flavo-punctato. Vulva testacea, lateribus fuscis. Mamillæ fusco-testaceæ.

Patria: Caffraria, unde unicum specimen femineum reportavit WAHLBERG.

Genus NEPHILA Leach. 1815.

1. N. fenestrata Thor.

Syn. 1860. **Nephila fenestrata** Thorell, loc. cit., pag. 299.

Picea, pedibus unicoloribus, tibiis 1:mi, 2:di et 4:ti paris totis dense nigro-villosis, cephalothorace argenteo-piloso, bi-tuberculato, abdomine oblongo, sub-cylindrato, virescenti-fusco, colore ventris nigro lineis et vittis flavis in areas sub-rectangulas diviso. — ♀ ad., long. 22—28 millim.

Cephalothorax 9—10 millim. longus, latitudine maxima partis thoracicæ 6½—7, partis cephalicæ 5—5½ millim., inverse ovato-rectangulus, antice posticeque sub-truncatus, dense appresso-pilosus, parte cephalica magna, lata, convexa, postice paullo angustata, tuberculis duobus acutis versus foveam thoracicam armata; parte thoracica depressa, sub-plana, impressionibus manifestis a parte cephalica distincta, fovea media magna, transversa prædita; in lateribus leviter rotundata, præsertim antice, ubi latior est, margine tuberculis minutis crenulato. Sternum magnum, cordato-ovatum, tuberculo forti ad labium aliisque minoribus ad insertiones coxarum. Oculi sat parvi: laterales et medii antici duplo fere majores, quam laterales et medii postici; oculi 4 medii, tuberculo obtuso impositi, aream occupant plane rectangulam, fere quadratam: spatium inter anticos duos paullo minus est, quam inter duos posticos, qui inter se parum longius distant, quam medii postici a mediis anticis; oculi laterales bini tuberculo oblongo, acuto, obliquo impositi, intervallo distincti, quod diametro oculi antici majus est; antici medii a margine frontis non longius distant, quam a mediis posticis. Mandibulæ fortes, sulco ad receptionem unguis dentibus 7, in duas series dispositis, armato, ovatæ, femore multo crassiores, 4 millim. longæ, ad basin 2½ millim. latæ, ungue mediocri, curvato. Maxillæ ovatæ, latitudine plus duplo longiores, versus basin angustiores, intus sub-emarginatæ et in labium magnum, semi-ellipticum leviter incumbentes. Palpi tenues, longitudine cephalothoracis. Pedes longi, graciles, præsertim metatarsi et tarsi, prop. 1, 2, 4, 3: 1:mi paris cephalothorace c:a 6:plo longiores (55—57 millim.), 3:tii paris non 3:plo (25—27 millim.); 4:ti paris 3—4 millim. breviores quam pedes 2:di paris, qui cephalothorace 5:plo longiores sunt. Tarsi breves, metatarsi vero longissimi, tarsis c:a 5:plo longiores. Coxæ subtus tuberculo obtuso, lævi instructæ, in pedibus 4 posterioribus præsertim manifesto; femora tuberculis minoribus scabra. Tibiæ 1:mi, 2:di et 4:ti paris per totam longitudinem et femora 1:mi et 2:di paris a medio versus apicem, subtus et in lateribus, pilis longis densis, patentibus vestita sunt, ut etiam femora 4:ti paris ad apicem, et metatarsi, præsertim 4:ti paris, ad basin. Reliqua internodia, ut pedes 3:tii paris toti, rarius pilosa et setosa. Abdomen post partum cephalothorace haud latius, latitudine duplo longius, cylindratum, antice truncatum, lateribus sub-rectis; ante partum magnum, latius (latit. c:a 12, longit. c:a 20 millim.), ovato-cylindratum, antice et in lateribus leviter rotundatum. Vulva duas impressiones parvas, transversas, lunatas pone callum transversum, nitidum exhibet. Mamillæ parvæ, conicæ.

Cephalothorax piceus vel niger, dense argenteo-pilosus, maculis ad pedum insertiones et in parte cephalica fuscis. Sternum flavum, flavo-pilosum, macula magna ovata nigra, in medio lineola fulva notata. Oculi nigri. Mandibulæ nigro-piceæ, ungue piceo, apice rufo. Maxillæ nigræ, apice intus testaceæ. Labium nigrum, apice late et macula ovata ad basin fulvis. Palpi picei, parte femo-

rali clariore, præsertim subtus, tarsali fusciore. Pedes rufescentes vel picei, violaceo-micantes, pilis nigris; coxæ apice testaceæ, subtus flavo-pilosæ. Abdomen virescenti-fuscum, punctis et lineolis argenteis sparsum: area dorsualis antice linea vel vitta transversa, in medio abrupta, et in lateribus utrinque serie ex maculis vel lineolis argenteis, in vittam interdum confluentibus formata includitur: in medio dorso duæ series parallelæ punctorum argenteorum conspiciuntur; latera abdominis punctis et lineolis argenteis conspersa sunt et fasciis binis obliquis, fuscioribus plerumque notata. Venter niger: linea transversa ad rimam genitalem aliaque utrinque ad longitudinem ducta flavæ aream longam, antice rectangulam definiunt: hanc aream vitta transversa magis minusve lata, ea quoque flava, in duas dividit, quarum anterior major est et linea media longitudinali flava divisa.

♀ jun. (long. 15 millim.) differt tantum tuberculis cephalothoracis parum conspicuis, et colore multo clariore, omnibus partibus, quæ in adulta piceæ sunt, testaceis vel rufescentibus, et sterno toto flaventi.

Patria: Caffraria, Wahlberg. Quatuor exempla feminea, quorum tria adulta, inspexi.

A N. clavipede (Linn.), cui proxima est, facile dignoscitur hæc species pedibus *secundi* paris eodem modo pilosis, atque pedes 1:mi et 4:ti paris, ut et colore ventris etc. N. fasciculata Koch et N. vespucea (Walck.) varietates tantum N. clavipedis esse videntur: vix enim differunt, nisi defectu tuberculorum cephalothoracis; at ego multa hujus speciei exempla, in Brasilia a Kinberg lecta, ante oculos habeo, quorum alia hæc tubercula habent, alia iis vero carent; neque ullam aliam diversitatem cernere possum. — N. fuscipes Koch eadem esse videtur, atque N. chrysogaster (Walck.), abdomine (ante partum) pleniore et crassiore.

2. N. annulata Thor.

Syn. 1860. **Nephila annulata** Thorell, loc. cit., pag. 299.

Nigro-picea, pedibus testaceo-annulatis, tibiis 1:mi et 2:di paris ad partem, 4:ti totis longius nigro-pilosis, cephalothorace bi-tuberculato, argenteo-piloso, abdomine elliptico-cylindrato, fusco, maculis et fasciis argenteo-pilosis, ventre nigro-fusco, vittis duabus transversis, interdum abruptis, flavis. — ♀ ad., long. 27—33 millim.

Cephalothorax 9—10 millim. longus, latitudine maxima partis thoracicæ 6—7, partis cephalicæ (paullulo latioris quam in N. fenestrata) 5—6 millim., ad formam præterea omnino ut in illa, tuberculis duobus in parte cephalica acutis, margine vero *non* crenulato. Sternum magnum, cordato-ovatum, tuberculo parvo ad basin labii, aliisque etiam minoribus ad insertiones coxarum pedum anticorum. Oculi fere ut in specie priori, sed oculi seriei anticæ paullo tantum majores sunt, quam postici; medii antici inter se paullo propiores, quam medii postici, et a margine frontis paullo magis remoti, quam ab iis. Spatium inter oculos medios posticos non majus est, quam quo distant medii postici a mediis anticis. Mandibulæ fortes, ovatæ, long. plus 4 millim., latitudine ad basin 3 millim. Maxillæ et labium ut in priori. Palpi tenues, longitudine cephalothoracis. Pedes sat longi, forma ut in N. clavipede et fenestrata, sed breviores: 1:mi paris cephalothorace circiter 5½ (48—57 millim.), 3:ti paris c:a 2½ (22—28) longiores. Tibiæ 1:mi et 2:di paris subtus ad basin et in cingulo lato versus apicem longius pilosæ sunt, ut etiam tibiæ 4:ti paris totæ. Pedes 3:ti paris toti et reliqua internodia pedum ceterorum pubescentia, brevius pilosa et setosa: femora tuberculis minutis sparsa sunt et coxæ 3:tii et 4:ti paris tuberculo nitido subtus armatæ. Abdomen (ante partum) magnum, altum, cephalothorace multo latius, latitudine fere duplo longius (20—25 millim.), elliptico-cylindratum, antice et in lateribus leviter rotundatum; vulva foveam ad basin calli lati, brevis, transverse strigosi exhibet. Mamillæ ut in reliquis hujus generis formis.

Cephalothorax nigro-piceus, pilis appressis argenteis dense vestitus, maculis fuscis ad basin pedum parum manifestis. Sternum flavum, summo margine fusco. Oculi succinei. Mandibulæ nigræ, ungue apice piceo. Maxillæ piceæ, apice intus testaceæ. Labium piceum, apice anguste et macula parva versus basin testaceis. Palpi testaceis, albido-pubescentes, parte tarsali apice late nigra, nigro-pilosa. Pedes picei, cæruleo-micantes, albicanti-pubescentes, nigro-pilosi et setosi; tibiæ 1:mi et 2:di paris testaceæ, basi et annulo lato versus apicem nigro-cæruleis, longius nigro-pilosis; femora quoque 3:tii et 4:ti paris testacea, apice anguste picea; metatarsi 1:mi et 2:di paris basi anguste testacei. Tibiæ 4:ti paris etiam longe nigro-pilosæ; coxæ subtus argenteo-pilosæ. Abdomen fuscum, argenteo-pubescens, fascia antica lata prope cephalothoracem, cum alia utrinque ad latera dorsi, integra vel in maculas divulsa, aream dorsi magnam includenti: hæc area puncta et maculas, in duas series digestas exhibet, quorum medii (quattuor?) reliquis majora sunt. Tota hæc pictura testacea, argenteo-pubescens. In lateribus et versus ventrem punctis et maculis argenteis conspersum est abdomen. Venter nigro-fuscus, maculis duabus vel vitta transversa ad epigynem, aliisque duabus maculis vel vitta alia fere in medio ventris, testaceis. Maculæ pulmonales fuscæ. Mamillæ nigricantes.

Patria: Caffraria, Wahlberg. Duo exempla feminea, adulta vidi.

3. N. lineata Thor.

Syn. 1860. **Nephila lineata** Thorell, loc. cit. p. 299.

Testacea, tibiarum 1:mi et 2:di paris annulo fusco cum tibiis 4:ti paris longius nigro-piloso, cephalothorace vitta utrinque fusca, argenteo-piloso; abdomine cylindrato, supra testaceo, area postica fusca, lineis maculisque argenteis ornato, ventre nigro, linea utrinque testacea. — ♀ jun., 9 millim. longa.

Cephalothorax ob-ovatus, long. 3 millim., lat. maxima fere 2, lat. partis cephalicæ $1\frac{2}{3}$ millim.; forma in hoc genere solita, tuberculis nullis. Sternum magnum, cordato-ovatum, caret tuberculis. Oculi tuberculis parum distinctis impositi, sat magni: postici manifeste minores, quam antici; 4 medii aream fere quadratam occupant, posticis inter se paullo magis distantibus, quam ab anticis. Oculi laterales antici ab anticis mediis non longius distant, quam hi inter se; spatium inter oculos binos laterales diametrum oculi anterioris non superat. A mediis posticis longius distant medii antici, quam a margine frontis. Mandibulæ ovato-cylindratæ, femore paullo crassiores, latitudine dimidio longiores, ungue sat parvo, curvato. Maxillæ parallelæ, forma ut in prioribus. Labium magnum, latitudine longitudinem æquante, lateribus basi parallelis, versus apicem in triangulum coeuntibus. Palpi tenues, longitudine fere cephalothoracis. Pedes sat longi, graciles, forma et proportione ut in prioribus: 1:mi paris cephalothorace $5\frac{1}{2}$, 3:tii $2\frac{1}{2}$ longiores, pilis et setis sive aculeis tenuibus vestiti, cingulo pilorum longiorum versus apicem tibiarum 1:mi et 2:di paris; tibiæ 4:ti paris talibus pilis per totam longitudinem vestitæ sunt. Abdomen cephalothorace paullo latius, latitudine duplo vel ultra longius, cylindratum, lateribus sub-rectis.

Cephalothorax testaceus, macula vel vitta magna, nigra utrinque in parte thoracica, pube argentea tectus. Sternum testaceum, margine fusco. Oculi nigri. Mandibulæ testaceæ, apice fuscæ, ungue piceo, apice rufescenti. Maxillæ fuscæ, apice intus testaceæ. Labium fuscum, macula apicali et basali testaceis. Palpi testacei, parte tarsali apice fusca. Pedes testacei, plerisque internodiis apice anguste fuscis; tibiæ 1:mi et 2:di paris annulo versus apicem late fusco, longius et densius nigro-piloso; plerumque etiam ad basin infuscatæ sunt, ut interdum pedes 3:tii et 4:ti paris toti, femoribus exceptis. Abdomen supra ad maximam partem testaceum, area postica breviori fusca; in utroque latere adest linea recta argentea, ramos breves, transversos versus medium dorsi emittens, quorum duo aream posti-

cam fuscam ab area antica magna testacea dividunt; hanc aream fascia media, maculis majoribus argenteis inclusa, ad longitudinem dividit, quæ fascia punctis minutis argenteis distincta est. Area postica fusca fascia sinuata, argentea, fusco-geminata ad longitudinem dividitur. Venter niger, linea utrinque testacea, intus unidentata.

Patria: Caffraria, Wahlberg, feminas quasdam immaturas, quarum maxima 9 millim. longa est, descripsi. — An forma tantum junior N. annulatæ?

INDEX.

KONGLIGA SVENSKA

FREGATTEN

EUGENIES

RESA OMKRING JORDEN

UNDER BEFÄL AF

C. A. VIRGIN.

ÅREN

1851—1853.

VETENSKAPLIGA IAKTTAGELSER

PÅ H. MAJ:T KONUNG OSCAR DEN FÖRSTES

BEFALLNING UTGIFNA

AF

K. SVENSKA VETENSKAPS-AKADEMIEN.

ANDRA DELEN.

Zoologi.

3.

ANNULATER.

UPPSALA & STOCKHOLM
ALMQVIST & WIKSELLS BOKTRYCKERI-A.-B.
1857—1910

KONGLIGA

SVENSKA FREGATTEN EUGENIES

RESA OMKRING JORDEN

UNDER BEFÄL AF

C. A. VIRGIN

ÅREN 1851—1853.

VETENSKAPLIGA IAKTTAGELSER

PÅ KONUNG OSCAR DEN FÖRSTES BEFALLNING

UTGIFNA AF

K. SVENSKA VETENSKAPSAKADEMIEN.

ANDRA DELEN.

Zoologi.

3.

ANNULATER.

UPPSALA & STOCKHOLM
ALMQVIST & WIKSELLS BOKTRYCKERI-A.-B.
1857—1910.

UPPSALA 1910
ALMQVIST & WIKSELLS BOKTRYCKERI-A.-B.

KONGLIGA SVENSKA

FREGATTEN EUGENIES RESA

OMKRING JORDEN.

VETENSKAPLIGA IAKTTAGELSER.

II.

ZOOLOGI.

3.

ANNULATER.

ANNULATA.

I. APHRODITEA Savigny.

Vermium formas Aphroditæ Linnæi affines primus in familiam collegit Savigny, quam indivisam servarunt auctores, certe naturalem et distinctam forma pharyngis exsertilis maxillis armati, altera supera, altera infera, appendicibus segmentorum diversis alterne prodientibus et evanescentibus. At vero tam sunt numerosæ generum differentiæ in appendicibus lobi cephalici, maxillarum structura et alternandi modo appendicum abdominalium, ut ordo potius adumbratus videatur, familiarum et generum seriem complectens, quorum minima sine dubio pars in hoc tempore innotuit. Inspectis igitur haud paucis speciebus adhuc incognitis in genera facile abeuntibus nova et notis gravibus distincta, ad familias etiam condendas adducimur, in hunc modum breviter definitas.

Fam. I. Aphroditacea. Corpus oblongum; tuberculum faciale granulosum sub tentaculo, inter palpos validos; antennæ nullæ; cirri buccales longiores quam ventrales; maxillæ sub-cartilagineæ, parum distinctæ, cristæformes; branchiæ, cum adsunt, humiles, parvæ; elytrorum paria 15 in segmentis ...... 23, 25, 28.

Fam. II. Iphionea. Corpus oblongum; tuberculum faciale minutum inter antennas binas, e lobo cephalico productas; tentaculum nullum; oculi quatuor; palpi crassi; cirri tentaculares et buccales graciles; maxillæ corneæ, tomio dentato; elytra reticulata; segmenta elytris carentia cirris dorsualibus prædita; branchiæ nullæ.

Fam. III. Polynoina. Corpus elongatum; tuberculum faciale nullum; tentaculum longum; antennæ binæ; maxillæ magnæ corneæ, tomio edentato; oculi quatuor; elytrorum paria 12—35; segmenta elytris carentia cirris dorsualibus prædita; branchiæ nullæ.

Fam. IV. Acoëtea. Corpus longum; tuberculum faciale nullum; tentaculum breve; oculi duo; maxillæ validæ, corneæ, tomio dentato; elytrorum paria 39?—93 in segmentis ...... 24, 26, 28, 30 ......; segmenta elytris carentia cirris dorsualibus prædita.

Fam. V. Sigalionina. Corpus longum; tuberculum faciale nullum; maxillæ corneæ tomio edentato; segmenta anteriora aut elytris aut cirris dorsualibus, segmenta posteriora et elytris et cirris dorsualibus prædita.

Fam. VI. Pholoidea. Elytra in segmentis alternantia; cirri dorsuales nulli, nec in segmentis elytris præditis, nec in segmentis elytris carentibus.

Fam. VII. Palmyracea. Elytra nulla; paleæ in segmentis omnibus; tubercula et cirri dorsuales alternantes.

Fam. I. APHRODITACEA.

Corpus oblongum, latum. Lobus cephalicus rotundatus. Tuberculum faciale sub lobo cephalico inter palpos, ante orificium oris. Tentaculum parte basali a media anteriore

parte lobi cephalici productum. Antennæ nullæ. Oculi ante mediam partem lobi cephalici siti, sessiles vel sub-pedunculati. Palpi longi, crassi, sensim acuminati, ciliati. Cirri tentaculares duo in utroque pede paris primi. Cirri buccales, sive ventrales paris pedum secundi, cirris reliquis ventralibus longiores. Pharynx exsertilis, intus pone marginem processibus cristæformibus transversis quasi cartilagineis armatus, maxillas fingentibus. Branchiæ humiles papillosæ, supra et intra basin cirrorum dorsualium sitæ, elytris tectæ, non semper obviæ. Elytra segmentis 2, 4, 5, 7, 9 .... affixa.

Gen. 1. Aphrodita (L.) — Oculi sessiles; dorsum tela tomentosa tectum; setæ pedum ventralium numerosæ, numquam glochideæ.

Gen. 2. Hermione Blainv. — Oculi pedunculis suffulti sub margine lobi cephalici affixis; tela tomentosa nulla; pedes elytra ferentes setis glochideis armati, ventrales setis paucis, bi- l. tri- l. quadridentatis.

Gen. 3. Aphrogenia n. — Oculi parti basali tentaculi impositi, laterales; tela tomentosa nulla; setæ pedum dorsualium uncinatæ, nec glochideæ, pedum ventralium paucæ, bidentatæ.

Gen. 4. Lætmatonice n. — Oculi pedunculis suffulti margini anteriori lobi cephalici adnatis; dorsum tela tomentosa tectum; setæ pedum elytra ferentium glochideæ, ventralium semipennatæ.

Genus APHRODITA (L.)

Oculi sessiles, in parte antica lobi cephalici, bini, utroque maculam pigmenti duplicem sæpe præbente. Pedes primi paris et setis muniti plurimis et cirris tentacularibus. Pedes dorsuales a ventralibus discreti: dorsuales humiles lati, aculeis præditi validis, acutis, setisque capillaribus, telam tomentosam dorsum tegentem formantibus; ventrales extrorsum vergentes, obtusi, setis armati numerosis, lævibus, acutis, nec glochideis nec bidentatis.

Aphrodita alta n.

Corpus altum; lobus cephalicus rotundatus; tentaculum breve, parte ejusdem basali quarta parte longitudinis lobi cephalici breviore; aculei pedum dorsualium tela tomentosa occulti; setæ capillares breves, albidæ.

Aphrodita alta Kinb. Annulata nova l. minus rite cognita, Öfversigt af K. Vet.-Akademiens Förhandlingar 1855 p. 381.

Corpus longitudine 27 millim., latitudine 15 m. m., altitudine quam in reliquis majore, tela tomentosa densa et lævi tectum; segmenta quadraginta, quorum novem posteriora minuta elytris carent. Lobus cephalicus depressus. Oculi convexi, semiglobosi, macula pigmenti utriusque duplici. Tentaculum, cum parte basali brevissima lobo cephalico brevius, gracile et infra apicem linearem, acutum, parum incrassatum. Tuberculum faciale compressum, verrucis raris notatum. Pharynx exsertilis margine papillis magnis foliaceis præditus et processibus armatus validis cartilagineis, transversis, cristatis, arcuatis, acutis, parum elevatis. Palpi sub lobo cephalico orientes, validi. Cirri tentaculares sensim acuminati, tentaculum multo excedentes, longitudine inæquales, majore setas adjacentes vix superante. Cirri buccales ventralibus proximis parum longiores. Pedes dorsuales depressi, sursum et extrorsum vergentes, aculeis brevibus, paululum curvatis, attenuatis, apice adunco. Setæ capillares albidæ, a pedibus dorsualibus orientes; fasciæ telæ tomentosæ transversæ profundæ a pedibus elytris carentibus productæ. Pedes ventrales breves, conici, extrorsum vergentes, setis brunneis triseriatis in medio corpore, scil. superis duabus maximis, mediis quatuor, inferioribus octo minimis infra apicem leviter incrassatis, apice acuto parum curvato, vagina papillosa. Branchiæ minu-

tissimæ in segmentis elytris carentibus intra basin pedum dorsualium sitæ, processus fingentes leves. Cirri dorsuales filiformes, basi conica, brevi. Cirri ventrales extra medium pedis orientes et apicem ejus attingentes, styliformes, attenuati. Elytra lata, lævia, sub microscopio 300:ies amplificata levissime granulosa et decussatim striata; paria quindecim in segmentis 2, 4, 5, 7......25, 28, 31; primum ovale, margine libero; media rotundata margine externo inciso, pedi dorsuali affixo; posteriora tria angusta, elongata, nonnulla margine papillis prædita minutissimis, raris.

Mare atlanticum long. a Greenwich occid. 40°55′, lat. austr. 22°30′, prope Rio Janeiro in fundo 20—30 orgyarum.

T. I, 1. **Aphrodita alta.** — 1 A, Animal superne visum magnitudine naturali. — 1 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, oculi; c, basis tentaculi; d, tentaculum; e, tuberculum faciale; f, palpi; g, par primum pedum; h, cirri tentaculares; k, tuberculum elytri primi. — 1 C, Pars anterior subtus: e, tuberculum faciale, cujus margo posterior in hoc situ non satis conspicuus; f, palpi; h, cirri tentaculares; l, cirrus buccalis; t,t, cirrus ventralis pedis tertii & quarti. — 1 D, Pars anterior a dextro latere visa, pede primo dextro remoto: a, b, c, d, e, f = 1 B; macula nigra altera in parte inferiore oculi b videatur, nec sub b; pone et infra e: orificium oris. — 1 E, Pars anterior pharyngis exsertilis persecta: m, papillæ; n, processus maxillares cartilaginei; o, membrana mucosa. — 1 F, Pars dextra segmenti 10:i resecta, postice visa: j, cirrus dorsualis; pp, styli; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; s,s′, tela tomentosa, aculeos occultans; s″ setæ capillares liberæ; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis; v, branchiæ rudimentum. — 1 G, Setæ, magnitudine 233:er aucta: s,s″ setæ pedis dorsualis; u, setæ pedis ventralis. — 1 H, Elytron quintum dextrum, superne visum, magnitudine aucta.

Aphrodita aculeata L.

Corpus latum; lobus cephalicus antrorsum inflatus, parte basali tentaculi brevis duplo longior; aculei pedum dorsualium longi, telam tomentosam apice penetrantes; setæ capillares viridi-æneæ.

Aphrodita aculeata L. 1758, Systema naturæ, Ed. X, I, p. 655. Baster, 1765, Opuscula subseciva Tom. II, Lib. II, p. 62, tab. VI.

Halitea aculeata Savigny, Système des Annelides, Description de l'Égypte ed. Panckoucke T. XXI, p. 344.

Segmenta triginta octo ad quadraginta unum, quorum septem ad decem posteriora parva elytris carent. Lobus cephalicus antice latior, rotundatus, longitudine majore quam latitudine. Oculi, superficiem lobi cephalici vix elevantes, areas fingunt duas ovales antrorsum extrorsum obliquas, macula pigmenti utriusque duplici. Tentaculum cum parte sua basali longitudine lobi cephalici. Tuberculum faciale compressum, superne dilatatum, granulosum. Pharynx exsertilis rotundato-cylindricus, margine anteriore bipartito labia formans, papillis numerosissimis et tenuissimis, fasciculatis, tuberculo medio supero et infero instructa, processibus cartilagineis quatuor, intus altioribus, maxillas fingentibus, membrana mucosa cavitatis transversim seriato-punctata. Cirri tentaculares sensim acuminati setarum longitudine adjacentium. Cirri buccales breves acuti, ventralibus proximis longiores. Pedes dorsuales aculeis longis, attenuatis, apice rectis. Pedes ventrales cylindrici obtusi, setis tri-seriatis, in medio corpore scil. superis duabus maximis, mediis quatuor, inferioribus minimis octo. Rudimenta branchiarum, elytris occulta, papillis humilibus instructa. Cirri dorsuales attenuati, acuti, basi conica, alta. Cirri ventrales tenues, acuti. Elytra maculata, lævia; sub microscopio 300:ies amplificata lævissime granulosa maculisque prædita parvis circumscriptis; paria quindecim in segmentis 2, 4, 5, 7......25, 28, 31; anteriora margine libero, media reniformia margine externo inciso et pedi dorsuali affixo, posteriora duo angusta, elongata.

Ad oras Europæ, in itinere ad Cherbourg fundo 2—6 orgyarum et ad Portsmouth obvia.

T. I, 2. **Aphrodita aculeata.** — 2 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, oculi; c, basis tentaculi; d, tentaculum; e, tuberculum faciale; f, palpi; g, par primum pedum; h, cirri tentaculares; k, tuberculum elytri primi. — 2 C, Pars anterior subtus: e, tuberculum faciale; f, palpus sinister; l, cirrus buccalis; t, cirrus ventralis. — 2 D, Pars anterior a latere dextro visa, pedibus et palpo dextro remotis: a, b, c, d, e, f = 2 B. — 2 F, Pars dextra segmenti 10:i resecta postice visa, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; q, pes dorsualis; s, tela tomentosa; s′, aculei pedis superioris; s″, setæ capillares liberæ; t, cirrus ventralis; v, rudimentum branchiæ. — 2 G, Setæ magnitudine aucta: s, s′, u = 2 F; s* pars setæ capillaris magnitudine majori. — 2 H[1,5,15], Elytron

primum, quintum et decimum quintum, magnitudine naturali. — 2 H, Pars elytri magnitudine 300:ie aucta: 1 granulæ; 2 maculæ. — 2 H, Pars posterior corporis: k,k, tubercula elytrorum paris 15:i; x, orificium ani.

Aphrodita longicornis n.

Corpus latum; lobus cephalicus rotundatus, partem basalem tentaculi longissimi æquans; aculei pedum dorsualium longissimi, telam tomentosam maxima parte penetrantes; setæ capillares lucide viridi-æneæ.

Aphrodita longicornis Kinb. l. c. p. 382.

Habitus et magnitudo Aphroditæ aculeatæ, longitudine circiter 70 m. m., latitudine 37 m. m., dorso tela tomentosa aculeisque validis et longissimis tecto. Lobus cephalicus rotundatus, depressus. Oculi prope marginem anteriorem ejus, non elevati, areas fingentes duas superne visas ovales, antrorsum et introrsum obliquas, a latere vero rotundas. Tentaculum longissimum, plusquam quater lobo cephalico longius, infra apicem parum incrassatum; parte basali granulosa, postice crassa, lobi cephalici longitudine. Tuberculum faciale superne compressum, inferne dilatatum, minutissime granulatum. Pharynx exsertilis compressus, papillis et maxillis fere ut in Aphrodita aculeata. Palpi ciliis tecti tenuibus, conspicuis. Cirri tentaculares forma et longitudine tentaculi, plus quam dupplo longiores setis adjacentibus. Cirri buccales parum longiores quam cirri ventrales proximi, versus apicem acutum incrassati. Styli pedum bini, validi, citrini; inferior apice nudus. Aculei pedum dorsualium maximi, recti, acuti, nigro-brunnei; setæ capillares lucidiores, quam Aphr. aculeatæ, crassitie varia. Pedes ventrales conici, setis parum arcuatis, tri-seriatis; in medio corpore superis duabus, mediis quinque, inferis octo. Rudimenta branchiarum transversa humilia. Cirri dorsuales longi, interdum minutissimi, forma tentaculi, basi conica. Cirri ventrales, a media parte pedis orientes et apicem ejus superantes, styliformes, basi crassa. Elytra albida, lævia, sub microscopio 300:ies amplificata levissime granulosa: paris primi ovalia, margine libero papillis raris minutissimis prædita; media, latitudine dorsi, margine affixo et libero incisis.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo petroso et arenoso 30—40 orgyiarum.

T. I, 3. **Aphrodita longicornis.** — 3 B, Pars antica superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, oculi; c, basis tentaculi; d, tentaculum; e, tuberculum faciale; f, palpi; g, par primum pedum; h, cirri tentaculares; k, tuberculum elytri. — 3 C, Pars antica subtus: e, tuberculum faciale; f, palpi; i, pes ventralis secundus; ll, cirri buccales: tt, cirri ventrales pedis tertii et quarti. — 3 D, Pars anterior a latere dextro visa, pedibus et palpo dextro remotis: a, b, c, d, e, f, g = 3 B. — 3 E, Pars anterior pharyngis exsertilis persecta; mm, papillæ; nn, processus maxillares cartilaginei; o, membrana mucosa. — 3 F, Pars dextra segmenti 14:i resecta postice visa, magnitudine naturali: j, cirrus dorsualis minutissimus; p, styli; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; s, tela tomentosa; s', aculei pedis dorsualis; s'', setæ capillares liberæ; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis; v, rudimentum branchiæ. — 3 F', j cirrus dorsualis cum basi, magnitudine aucta. — 3 G, Setæ: s et s'' setæ capillares magnitudine 233:er aucta, diametro variabili, s', u, magnitudine 27:ies auctæ, = 3 F. — 3 H, Elytra magnitudine naturali: h' elytron primum, h^5 elytron sextum. — 3 V, Branchia, cf. 3 F; v' cutis dorsi.

Genus HERMIONE Blainv.

Pedunculi oculorum sub margine lobi cephalici affixi, maculis binis magnis; tentaculum longissimum; cirri tentaculares forma tentaculi, setis adjacentibus. Tela tomentosa nulla. Pedes dorsuales et ventrales discreti: elytra ferentes humiles, setis glochideis armati, elytris carentes producti; ventrales acuti, setis paucis bi- ad quadri-dentatis.

Hermione hystrix (Sav.)

Lobus cephalicus rotundatus verrucosus; pars basalis tentaculi dimidiam partem longitudinis lobi cephalici æquans; elytra media reniformia, canaliculis aliis divergentibus aliis transversis, cellulisque magnis rotundatis; setæ pedum ventralium apice curvatæ.

Halitea hystrix Savigny, l. c. p. 345.

Hermione hystrix Blainville, Dictionnaire des Sciences naturelles T. 57 p. 457. — Kinb., l. c. p. 382.

Aphrodita hystrix Audouin et Milne Edwards, Classification des Annelides, Ann. des Sc. nat., sér. 1, T. XXVII p. 406, Tab. VII fig. 1—9.

Corpus ovale, depressum, longitudine 17 m. m., latitudine 7 m. m., cum setis 11 m. m., segmentis 34, quorum posteriora tria minuta elytris carent. Lobus cephalicus depressus. Pedunculi oculorum, juxta basin tentaculi hærentes, incrassati, maculis utriusque magnis, altera superne, altera, duplo majore, infra posita. Tentaculum lobo cephalico cum parte basali verrucosa ter longius, filiforme, infra apicem parum incrassatum. Tuberculum faciale compressum, subtus latius, verrucosum. Palpi tentaculi longitudine, ciliati. Cirri tentaculares, longitudine inæquales, tentaculo breviores, setas adjacentes multo superantes. Cirri buccales, forma tentaculi, ventralibus proximis dupplo longiores. Pedes dorsuales elytra ferentes fasciculo duplici setiferi, altero setis glochideis 4- et 5-dentatis retrorsum, altero aculeis brevioribus curvatis attenuatis introrsum vergentibus; pedes elytris carentes aculeis curvatis, attenuatis. Pedes ventrales setis tribus bi- ad quadri-dentatis. Cirri dorsuales tentaculi forma, basi alta, cylindrica. Cirri ventrales infra medium pedis orientes et apicem ejus vix attingentes, styliformes, attenuati. Elytra imbricata, lævia, sub microscopio 10:ies amplificata striis divergentibus cellulisque rotundatis, 300:ies vero amplificata canaliculis reticulata, cellulas magnas cingentibus; quindecim paria in segmentis solitis, paris primi ovalia, margine libera, parva, media reniformia margine externo pedi dorsuali affixa, posteriora duo minuta, margine non papillosa.

Ad Cherbourg in itinere obvia fundo 2—4 orgyiarum.

T. II, 4. **Hermione hystrix.** — 4 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, oculi; c, basis tentaculi; d, tentaculum; ff, palpi; gg, par primum pedum; h, cirri tentaculares; kk, tubercula paris primi elytrorum. — 4 C, Pars anterior subtus: e, tuberculum faciale; ff, gg, hh = 4 B; ii, par secundum pedum; ll, cirri buccales; tt, cirri ventrales. — 4 C′, Pars cutis magnitudine 45:ies aucta. — 4 F, Pars dextra segmenti 14:i elytris carentis, resecta, postice visa: j, cirrus dorsualis; p, stylus pedis ventralis; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedes ventralis. — 4 G, Setæ magnitudine 137:ies auctæ: G, seta glochidea pedis dorsualis elytron ferentis; s′, pedis dorsualis; u′ et u, setæ pedis ventralis. — 4 H, Pars elytri magnitudine 300:ies aucta. — 4 H[5], Elytron quinti paris magnitudine 5:ies aucta.

Hermione hystricella Quatref.?

Lobus cephalicus late rotundatus; pars basalis tentaculi dimidiam partem longitudinis lobi cephalici æquans; elytra media oblique reniformia, striis tenuissimis divergentibus, cellulis ovalibus sparsis; setæ pedum ventralium apice rectæ.

Hermione hystricella Quatrefages, Cuv. Regne animal, Ed. III, Annelides pl. 19 f. 1, sine descriptione?

Hermione hystricella Quatref.?, Kinb. l. c. p. 382.

Corpus ovale, depressum, longitudine 28 m. m., latitudine 15 m. m., cum setis 18 m. m., segmentis 35, posticis quatuor minutis elytris carentibus. Lobus cephalicus depressus longitudine latior. Pedunculi oculorum juxta basin tentaculi hærentes, maculis utriusque magnis: altera sursum, altera duplo majore extrorsum versa. Tentaculum triplicem longitudinem lobi cephalici cum basi leviter verrucosa superans, lineare, infra apicem brevem incrassatum. Tuberculum faciale compressum, verrucosum. Pharynx exsertilis margine papillis præditus numerosissimis et tenuissimis fasciculatis; labia tuberculo medio tenui; processus cartilaginei pone labia marginem transversum humilem, haud prominentem formantibus, membrana mucosa transversim seriato punctata. Palpi tentaculo parum longiores, ciliati. Cirri tentaculares æquales, tentaculo breviores, setas adjacentes multo superantes. Cirri buccales brevissimi nec longiores ventralibus, prope apicem pedum orientibus. Pedes dorsuales distributione setarum speciei præcedentis, setis glochideis 3- et 4-dentatis, aculeis fere rectis, robustis. Pedes ventrales longi, attenuati, setis tribus tridentatis, apice recto. Cirri dorsuales forma tentaculi, basi breviore cylindrica. Cirri ventrales a medio pedum orientes et apicem ejus attingentes, tenues, acuti. Elytra lævia, sub microscopio 300:ies amplificata, striis tenuissimis diver-

gentibus et cellulis ovalibus parvis sparsis: paria quindecim, primi et secundi rotundata parva, media maxima, pedes lateris oppositi attingentia.

Mare mediterraneum ad oras Syriæ.

T. II, 5, **Hermione hystricella.** — 5 A, Animal superne visum, magnitudine naturali. — 5 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, oculi; c, basis tentaculi; d, tentaculum; ff, palpi; gg, par primum pedum; hh, cirri tentaculares; ii, par secundum pedum; k'k', tubercula paris primi elytrorum; k''k'', tubercula paris secundi elytrorum. — 5 C, Pars anterior subtus visa; e, tuberculum faciale; f, palpi; ll, cirri buccales; tt, cirri ventrales. — 5 C', Pars cutis magnitudine aucta — 5 D, Pars anterior a latere dextro visa, pede primo dextro remoto: a — f = 5 B; k', pars pedis primi resecti. — 5 E, Pars anterior pharyngis exsertilis persecta: m, papillæ; o, membrana mucosa. — 5 F, Pars dextra segmenti elytro carentis resecta, postice visa: j, cirrus dorsualis; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 5 F', Pars dextra segmenti elytris prædīti resecta, postice visa: h, pars elytri; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; s', setæ pedis dorsualis, inferiores = 5 G s', superiores = 5 G; r, t, u = 5 F. — 5 G, Setæ magnitudine 137:ies auctæ: G, seta glochidea pedis elytro prædīti; s', seta inferior pedis dorsualis = 5 F' s'; u, seta pedis ventralis. — 5 H, Pars elytri magnitudine 300:ies aucta; 5 H', elytron primum; 5 H[5], elytron quintum, magnitudine aucta.

Genus APHROGENIA n.

Oculi parti basali tentaculi impositi, laterales, semiglobosi; pharynx exsertilis processibus præditus lateralibus maxillas fingentibus, pone marginem sitis, minutissimis, compressis, humilibus, margine irregulariter incisis; tela tomentosa nulla; pedes dorsuales et ventrales discreti: dorsuales prominentes, validi, setis uncinatis et capillaribus, nec glochideis; ventrales acuti, setis paucis bidentatis.

Aphrogenia alba n.

Lobus cephalicus latus, brevis; tentaculum longum palpis paulo brevius; pars basalis tentaculi dimidiam partem lobi cephalici æquans; elytra cellulis magnis dense radiata; setæ pedum ventralium duæ.

Aphrogenia alba Kinb. l. c. pag. 382.

Corpus ovale, latum, longitudine 15 m. m., latitudine 6 m. m., cum setis 9 m. m., segmentis 32. Lobus cephalicus postice latior. Pars basalis tentaculi postice lata, lævis, oculos ferens laterales semiglobosos, antice verrucis magnis instructa. Tentaculum lobo cephalico cum basi plusquam duplo longius, filiforme, pone apicem subclavatum et brevem incrassatum. Tuberculum faciale compressum, verrucosum. Pharynx exsertilis papillis præditus plurimis compressis, processibus in parte anteriore plicarum longitudinalium obviis introrsum vergentibus. Palpi tentaculo longiores, ciliati. Cirri tentaculares tentaculo vix breviores, invicem longitudine parum inæquales. Cirri buccales forma tentaculi, cirris ventralibus proximis longiores. Pedes dorsuales validi: elytra ferentes setis aliis capillaribus tenuissime serrulatis, aliis validis uncinatis, sursum et extrorsum vergentibus; pedes dorsuales elytris carentes setis uncinatis. Pedes ventrales setis duabus, raro tribus, bidentatis, apice arcuatis. Cirri dorsuales, forma tentaculi, basi conica, setis parum longiores. Cirri ventrales a basi pedum orientes, medium eorum attingentes, tenues, acuti. Elytra imbricata, lævia, sub microscopio 233:ies amplificata cellulis magnis ovalibus et rotundatis radiata; paria quindecim segmentis solitis adhærentia, anteriora et posteriora minuta.

Insula S:ti Thomæ Indiæ occientalis, in fundo maris 10—12 orgyiarum.

T. II, 6, **Aphrogenia alba.** — 6 A, Animal superne visum, magnitudine bis aucta. — 6 B, Pars anterior, superne visa magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, oculi; c, basis tentaculi; d, tentaculum; dd, par primum pedum; ff, palpi; hh, cirri tentaculares; kk, tubercula paris elytrorum primi. — 6 C, Pars anterior subtus visa magnitudine aucta: e, tuberculum faciale; ff, partes palporum; dd, par primum pedum; ii, par secundum pedum; ll, cirri buccales; tt, cirri ventrales paris tertii pedum. — 6 F, Pars sinistra segmenti resecti postice visa, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; p, styli; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; s'', setæ pedis dorsualis = 6 G s''; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 6 F', Pars sinistra segmenti elytro prædīti postice visa, magnitudine

aucta: h, elytron; pp, styli; s, setæ capillares = 6 G s; s'', setæ = 6 G s''; u, setæ pedum ventralium. — 6 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ: s, setæ capillares = 6 T' s; s'', setæ pedis dorsualis = 6 F & 6 F' s''; u, setæ pedis ventralis. — 6 H, Elytron quintum magnitudine auctum. — 6 H', Pars elytri magnitudine 233:ies aucta.

Genus LÆTMATONICE n.

Oculi pedunculis brevibus suffulti, margini antico lobi cephalici adnatis; tentaculum longissimum; dorsum tela tomentosa tectum; par primum pedum cirris tentacularibus setisque munitum; setæ pedum elytra ferentium glochideæ, ventralium semipennatæ.

Lætmatonice filicornis n.

Lobus cephalicus rotundatus, sulcis duobus arcuatis tripartitus; tentaculum filiforme palpis longius; elytra media oblique reniformia, cellulis minimis forma variis.

Lætmonice filicornis Kinb. l. c. p. 382.

Specimina borealia Aphroditæ hystricis auctorum huc pertinere verosimile.

Corpus ovale, latum, depressum, longitudine 36 m. m., latitudine 16 m. m., segmentis 34. Pars basalis tentaculi longitudine lobi cephalici, valida. Tentaculum filiforme, apice subclavatum. Tuberculum faciale magnum, verrucosum, supra convexum latum, subtus conpressum. Pharynx exsertilis margine papillis tenuissimis ramosis, labio superiore et inferiore medio incrassato, retracto, processibus cartilagineis transversis versus medium incrassatis, bipartitis, membrana mucosa pigmento tincta, glandulis pharyngis series transversas fingentibus. Palpi longissimi sensim acuminati ciliati, tentaculo breviores. Cirri tentaculares, tentaculi forma, dimidiam longitudinem ejus æquantes. Cirri buccales ventrales æquantes. Pedes dorsuales, elytra ferentes, setis glochideis 4- et 5-hamatis, longissimis, brunneis, setisque flavis, glabris. Pedes dorsuales, elytris carentes, setis flavis glabris et capillaribus. Pedes ventrales setis armati tribus, apice semipennato-ciliato flexis, longissimis, et papillis minutis, in superficie inferna pedunculatis. Cirri dorsuales basi cylindrica, longissimi, forma tentaculi. Cirri ventrales a medio pedum orientes apicem eorum non attingentes, tenues, acuti. Elytra imbricata, lævia, sub microscopio 550:ies amplificata cellulis minimis; paria quindecim segmentis solitis affixa, primi paris ovalia margine libero, media oblique reniformia margine externo pedi affixa, posteriora minuta elongata.

Ora Scandinaviæ occidentalis et septentrionalis: Väderöarne, Dröbak, Finmarken.

T. III, 7, **Lætmatonice filicornis.** — 7 A, Animal superne visum, magnitudine naturali. — 7 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; bb, oculi; c, basis tentaculi; d, tentaculum; e, tuberculum faciale; ff, palpi; g, par primum pedum; g'', par secundum pedum; hh, cirri tentaculares; kk, tubercula paris primi elytrorum. — 7 C, Pars anterior subtus visa, magnitudine aucta: e, g, g'', h = 7 ; ll, cirri buccales. — 7 D, Pars anterior a latere dextro visa, magnitudine aucta: a, b, c, d, e = 7 B. — 7 E, orificium pharyngis exsertilis, magnitudine aucta: m, papillæ. — 7 F, Pars sinistra segmenti 14:i resecti, postice visa, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; p, styli; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; s', setæ pedis dorsualis; s, setæ capillares; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 7 G, Setæ: s', seta glochidea pedis dorsualis elytron ferentis, magnitudine 137:ies aucta; s, setæ capillares magnitudine 300:ies auctæ; u, seta pedis ventralis magnitudine 45:ies aucta. — 7 H, Elytra: H, pars elytri magnitudine 550:ies aucta; H', elytron primum; H[5], elytron quintum, magnitudine dupplici.

Fam. II. IPHIONEA.

Polynoæ iphionæ Savigny.

Corpus ovale, oblongum, supra convexum. Lobus cephalicus latus, utrinque rotundatus, antice bipartitus bases antennarum emittens, tuberculum faciale minutum amplectentes. Oculorum paria duo distantia in parte postica externa lobi cephalici posita,

sessilia. Tentaculum nullum. Palpi crassi sensim acuminati, ciliati. Cirri tentaculares duo in utroque pede paris primi. Cirri buccales reliquis ventralibus longiores. Pharynx exsertilis cylindricus, papillis $\frac{9}{9}$ l. $\frac{11}{11}$ marginalibus, mediis proximis æqualibus; maxillæ quatuor validæ, consistentia quasi corneæ, in paria bina dispositæ, superum et inferum, corpore constitutæ apicem præbente aduncum et tomium dentatum, et processu musculis immerso elongato, arcuato, laminaceo. Elytra, branchiarum loco, duplex reticulum hexagonum vasorum præbentia, segmentis 2, 4, 5, 7, ... affixa, dorsum totum tegentia. Pedes dorsuales et ventrales conjuncti, cylindrici, porrecti, setis simplicibus ordinum binorum.

Genus IPHIONE n.

Bases antennarum longi nec lobo cephalico breviores; elytrorum paria tredecim; setæ dorsuales subulatæ, ventrales infra apicem incrassatæ, transverse serratæ.

Iphione muricata (Sav.)

Cirri ciliati clavati; elytra margine ciliata.

Polynoe muricata Savigny, Annelides gravées, Tab. 3. 1. Descr. de L'Égypt. ed. Panckoucke T. XXI: Système des Annelides p. 347.
Eumolpe muricata Blainville Dict. des scienc. nat. T. LVII, Vers p. 459.
Iphione muricata Kinb. l. c. p. 383.

Mare rubrum et ora insulæ Mauritii (Sav.)

Iphione ovata n.

Antennæ cirrique ciliati cylindrici, apice longo attenuato; bases antennarum lobo cephalico longiores; antennæ breviores quam bases et lobus cephalicus; elytra margine ciliis carentia.

Iphione ovata Kinb. l. c. p. 383.

Corpus longitudine 12 m. m., latitudine 7 m. m., supra convexum, robustum. Oculi in parte postica-externa lobi cephalici; cirri buccales longi, dimidia longitudine palporum. Elytra reticulata, areolis hexagonis iterum reticulatis, oblique reniformia parte externa latiore, minute tuberculosa. Pedes laterales conjuncti, setis dorsualibus et ventralibus ejusdem longitudinis. Cirri dorsuales breves, setis vix longiores, cylindrici apice longo, subulato; cirri ventrales styliformes, apicem pedis attingentes, parce ciliati.

Insula Oahu maris pacifici, extra portum urbis Honolulu, fundo orgyarum 7 corallino et fundo orgyarum 25 argilloso.

T. III, 8. **Iphione ovata.** — 8 A, Animal superne visum magnitudine bis aucta. — 8 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, oculi; e, tuberculum faciale; ff, palpi; hh, cirri tentaculares; ll, cirri buccales; y, antennæ. — 8 F, Pars dextra segmenti resecta, postice visa: j, cirrus dorsualis; s, setæ dorsuales; u, setæ ventrales; t, cirrus ventralis. — 8 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ, s, seta dorsualis; u, setæ ventrales. — 8 H, Pars media elytri magnitudine 233:ies aucta. — 8 H^5, Elytron quintum dextrum magnitudine auctum. — T. X, 45. E, Pars antica pharyngis exsertilis magnitudine aucta: m, papillæ; m'm', papillæ mediæ; m''m'', papillæ laterales. — 45 E', Maxillæ magnitudine aucta a latere sinistro visæ: 1, corpus; 2, processus; 3, apices; 4, tomium dentatum.

Iphione spinosa n.

Antennæ glabræ, sensim acuminatæ, basi et lobo cephalico longiores, palpos spinosos superantes; bases antennarum et lobus longitudine æquales; elytra extus ciliis carentia, spinis spinulosis armata.

Corpus longitudine 10 m.m., latitudine 8 m.m., supra convexum, segmentis 30. Lobus cephalicus forma Iphionis ovatæ, basis vero antennarum multo brevior. Palpi attenuati, spinosi. Cirri buccales attenuati, longi. Pharynx exsertilis compressus, supra convexus, papillis $\frac{9}{9}$ omnino æqualibus, brevibus, conicis, obtusis, maxillis processu longo, tomio $\frac{3}{4}$-dentato, illo Iph. ovatæ longiore. Cirri tentaculares parce ciliati, infra apicem brevem inflati. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7,....23, 26 obvia, oblique reniformia, margine anteriore incisa, parte externa latiore affixa, tuberculis eminentibus, dense spinulosis; parte interna dupplice reticulata. Pedes laterales, conjuncti, setis dorsualibus dense serrulatis, linearibus, penicillum longum, albidum fingentibus, prope setas ventrales sitis. Cirri dorsuales, apices setarum attingentes, subclavati, parce ciliati, apice glabro, longo; ventrales apicem pedum attingentes, attenuati. Cirri anales breves.

Portus Natalensis, unde retulit J. A. Wahlberg.

T. X, 46, **Iphione spinosa.** — 46 E, Pars antica pharyngis exsertilis magnitudine aucta. 46 E', maxillæ magnitudine auctæ a latere dextro visæ.

Fam. III. POLYNOINA.

Polynoæ simplices Sav.

Corpus elongatum. Tuberculum faciale nullum. Lobus cephalicus convexus, basi tentaculi a parte media antica oriente. Antennæ binæ distantes. Oculi quatuor laterales, duo anteriores, duo prope marginem posteriorem lobi cephalici, sessiles. Palpi crassi, sub antennis cirrisque tentacularibus siti. Cirri buccales prominentes, tentaculiformes, ventralibus longiores. Pharynx exsertilis cylindricus, papillis elongatis nullis; maxillæ corneæ, tomio dente obsoleto vel edentato, processibus elongatis. Pedes dorsuales et ventrales conjuncti, setis simplicibus. Tela tomentosa nulla. Elytrorum paria 12—35, in segmentis 2, 4, 5, 7, 9,..... Segmenta elytris carentia cirris dorsualibus prædita.

Gen. 1. Lepidonotus (Leach). — Bases antennarum e parte anteriore lobi cephalici productæ; elytrorum paria 12 (—13?), dorsum omnino tegentia; corpus breve.

Gen. 2. Halosydna n. — Bases antennarum e parte anteriore lobi cephalici productæ; elytrorum paria 18—21, dorsum non omnino tegentia; corpus elongatum.

Gen. 3. Antinoë n. — Bases antennarum sub basi tentaculi affixæ; margo anticus lobi cephalici incisus, utrinque angulo productus; elytrorum paria 12—15, dorsum obtegentia; corpus breve.

Gen. 4. Harmothoë n. — Bases antennarum sub basi tentaculi affixæ, incisuram lobi cephalici antice angusti occupante; elytrorum paria 15, dorsum obtegentia; corpus haud longum.

Gen. 5. Hermadion n. — Bases antennarum sub tentaculo affixæ, incisuram lobi cephalici antice angusti occupante; elytrorum paria 15, partem mediam dorsi et segmenta posteriora non tegentia; setæ ventrales infra apicem serratæ; corpus elongatum.

Gen. 6. Polynoë (Sav.) — Bases antennarum sub basi tentaculi affixæ; margo anticus lobi cephalici antennis incumbens; elytrorum paria 15—30, antice solum obvia, maximam partem dorsi non tegentia; corpus longum.

Genus LEPIDONOTUS (Leach).

Lobus cephalicus antice tripartitus ad bases tentaculi antennarumque binarum formandas. Basis tentaculi crassior, plerumque longior quam antennarum lateralium. Pharynx exsertilis papillis mediis proximis æqualibus; maxillæ validæ, æquales, apicibus distantibus,

obliquis, tomio edentato vel dente obsoleto, processibus elongatis, compressis, arcuatis. Pedes dorsuales et ventrales conjuncti: ventrales maximi porrecti, setis longioribus et validioribus; dorsuales, a facie superiore horum orientes, setis serrulatis tenuibus. Cirri tentaculares, dorsuales, buccales et anales tentaculiformes, ventrales styliformes. Elytrorum paria in speciebus satis cognitis 12, dorsum tegentia, in segmentis 2, 4, 5, 7, 9...... 23. Corpus breve.

Huc pertinet species scandinavica: Aphrodita squamata (L.) infra descripta.

Lepidonotus Pomareæ n.

Antennæ, lobo cephalico duplo longiores, tentaculum, cirri tentaculares et dorsuales infra apicem attenuatum inflati; palpi validi, conici, carinati, scabri, longitudine tentaculi; setæ inferiores longæ, infra apicem spinosæ; elytra, paria duodecim, margine clavato-fimbriata.

Lepidonotus Pomareæ Kinb. l. c. p. 383.

Corpus longitudine 13 m.m., latitudine 5 m.m., oblongum, supra convexum, segmentis 27. Lobus cephalicus convexus, lateribus rotundatis. Tentaculum longum, palporum longitudine, basi partem basalem antennarum superante; tentaculum, antennæ, cirri tentaculares, buccales, dorsuales et ventrales læves; buccales longitudine tentaculi, ventrales, dimidia pedis longitudine, apicem ejus attingentes. Pharynx exsertilis papillis $\frac{13}{13}$, lateralibus tenuioribus. Pedes dorsuales minuti ventralibus impositi, setis porrectis, tenuioribus, serrulatis. Pedes ventrales setis longis, infra apicem parum curvatum incrassatis, parce spinosis. Elytra magna, juxta margines incumbentes spinosa, spinis magnitudine variis, acutis, curvatis; macula media minuta; margine exteriore et posteriore fimbriis longis, apice inflatis, dense ornato, cellulis rotundatis. Orificium ani sursum vergens, pone marginem posteriorem elytrorum paris ultimi situm; cirri anales longissimi, tenuissimi, forma tentaculi.

Mare pacificum juxta urbem Papieti insulæ Tahiti, fundo argilloso et corallino novem orgyiarum.

T. III, 9, **Lepidonotus Pomareæ.** — 9 A, Animal superne visum, magnitudine bis aucta. — 9 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; ff, palpi; hh, cirri tentaculares; ll, cirri buccales; yy, antennæ. — 9 F, Pars sinistra segmenti postice visa, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis = 9 G s; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis = 9 G u. — 9 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 9 H^6, Elytron sextum magnitudine auctum. — T. X, 47 E, Pars antica pharyngis exsertilis magnitudine aucta. — 47 E' maxillæ.

Lepidonotus socialis n.

Antennæ lobo cephalico parum longiores; cirri tentaculares, buccales et dorsuales infra apicem subulatum inflati; palpi validi, carinati, ciliati, apiculati; setæ inferiores longæ, infra apicem spinoso-serrulatæ; elytrorum paria duodecim? fimbriis tenuibus.

Lepidonotus socialis Kinb. l. c. p. 383.

Corpus cum setis latitudine 7 m.m., angustum, segmenta 18 anteriora longitudine 13 m.m. Lobus cephalicus convexus, lateribus rotundatis. Palpi crassi, carinati, apice tenui, ciliis in series longitudinales dispositis, longis. Basis tentaculi illa antennarum longior. Antennæ parum infra apicem longum inflatæ, glabræ. Cirri tentaculares forma antennarum, sed longiores, glabri. Cirri buccales longi, eadem forma. Pedes dorsuales tuberculum parvum formantes, setis brevibus, obtusis, crassis, serrulatis. Pedes ventrales setis longis, infra apicem parum curvatum, brevem, spinoso-serrulatis. Cirri dorsuales crassi, infra apicem vix inflati. Cirri ventrales conici, acuti, apices pedum attingentes, glabri. Elytra parte externa fimbriis tenuibus.

Mare pacificum ad insulam Eimeo, inter corallia mortua tæniarum exteriorum, fundo 1—4 pedum.

T. III, 10, **Lepidonotus socialis.** — 10 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, basis tentaculi; ff, palpi; hh, cirri tentaculares; ll, cirri buccales; yy, antennæ. — 10 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 10 G, Setæ: s, seta pedis dorsualis; u et u', seta pedis ventralis.

Lepidonotus Jacksoni n.

Antennæ lobo cephalico longiores; tentaculum palpos superans validos, scabros et, ut appendices reliquæ cirrique dorsuales, infra apicem inflatos; setæ inferiores infra apicem profunde serratæ; elytra, paria duodecim, margine fimbriata.

Lepidonotus Jacksoni Kinb. l. c. p. 383.

Corpus longitudine 13 m.m., latitudine cum setis 5 m.m., lineare, angustum; segmenta 27. Lobus cephalicus rotundatus, lateribus medio obtuse angulatus; oculi parvi. Palpi infra apicem inflati, crassi, ciliis minutis. Tentaculum palpis longius, infra apicem longum valde inflatum, glabrum. Antennæ forma tentaculi, sed breviores. Cirri tentaculares antennis breviores. Par pedum primum longum, setis nonnullis armatum. Cirri buccales longi, tentacularibus vix breviores, inflati. Maxillæ processibus elongatis, tomio unidentato. Pedes dorsuales humiles, setis validis, brevibus, albidis, apices pedum vix attingentibus, numerosis, serrulatis. Pedes ventrales, setis longis, flavis, infra apicem parum curvatum spinis paucis, validis, profunde serratis. Cirri dorsuales, infra apicem longum inflati, breves, glabri. Elytra, paria duodecim, granulosa, triangularia, margine fimbriis longis prædita, cellulis ovalibus vel quadrangulato-rotundatis. Cirri anales elongati, crassi, antenniformes.

Nova Hollandia, juxta Port Jackson.

T. III, 11, **Lepidonotus Jacksoni,** — 11 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; ff, palpi; hh, cirri tentaculares; yy, antennæ. — 11 F, Pars segmenti resecti: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 11 G, Setæ, magnitudine 233:ies aucta: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 11 H, Elytron, magnitudine auctum. — T. X, 48, Maxillæ magnitudine auctæ.

Lepidonotus margaritaceus n.

Antennæ lobo cephalico parum longiores; tentaculum longitudine palporum lævium; bases cirrorum dorsualium pedes longitudine æquantes; setæ inferiores brevissimæ, infra apicem serrulatæ; elytra, paria duodecim, margine ciliata.

Lepidonotus margaritaceus Kinb. l. c. p. 383.

Corpus longitudine 14 m.m., latitudine cum setis 5 m.m., oblongum, depressum, margaritaceum, maculatum, segmenta 26. Lobus cephalicus convexus, lateribus rotundatis. Tentaculum, basi antennarum illa majore, cylindricum, vix incrassatum, apice tenui, glabrum. Antennæ forma tentaculi, sed breviores. Palpi crassi, infra apicem acutum et tenuem parum inflati, longitudine tentaculi. Cirri tentaculares forma et longitudine tentaculi, sed tenuiores. Cirri buccales antennis æquales. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ conicis; maxillæ dente obsoleto et apice brevi. Pedes dorsuales vix distincti, stylo et setis paucis tenuissimis, linearibus, serrulatis. Pedes ventrales crassi, setis flavis, brevibus, infra apicem brevem, parum curvatum, incrassatis, serrulatis. Cirri dorsuales, basi longitudine pedum ventralium, setis multo longiores, infra apicem longum incrassati, maculati. Cirri ventrales breves, styliformes, apicem pedum non attingentes. Elytra, paria duodecim, marginibus incumbentibus extus et postice dense fimbriata, lævia, laxa, obliqua, antrorsum et introrsum elongata: paris primi margine externo recta, leviter granulosa, ciliis longis. In omnibus, magnitudine 233:ies aucta: cellulæ ovales, et macula e corpusculis pigmenti angulatis formata. Cirri anales dorsualibus vix longiores.

Sinus extra Guajaquil Americæ australis, fundo 15—20 orgyiarum.

T. III, 12, **Lepidonotus margaritaceus.** — 12 A, Animal superne visum, magnitudine bis aucta. — 12 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; ff, palpi; hh, cirri tentaculares. — 12 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, seta pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 12 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ:

s, seta pedis dorsualis = 12 F s; u, seta pedis ventralis. — 12 H[4] Elytron quartum sinistrum. — 12 H, Cellulæ prope marginem internum elytri. — 12 H′ cellulæ in parte media elytri, magnitudine 233:ies aucta. — T. X, 49, E, Pars antica pharyngis exsertilis magnitudine aucta. — 49 E′, Maxillæ magnitudine auctæ.

Lepidonotus Johnstoni n.

Antennæ lobo cephalico longiores; setæ inferiores longæ, superis breviores, infra apicem acute serratæ; elytra, paria duodecim, margine lævia, parte externa elevata.

Lepidonotus Johnstoni Kinb. l. c. p. 384.

Corpus longitudine 9,5 m.m., latitudine cum setis 3 m.m., elongatum, angustum, lineare, depressum; segmenta 27. Lobus cephalicus convexus, lateribus rotundatis. Tentaculum longitudini dupplici lobi cephalici æquale, infra apicem tenuem incrassatum, maculatum. Antennæ forma tentaculi parumque breviores. Palpi crassi, attenuati, infra apicem brevem parum incrassati, longitudine tentaculi, læves. Pedes primi paris lobo cephalico longiores, cirris tentacularibus antennarum forma, sed multo breviores. Cirri buccales tentaculiformes, magnitudine antennarum. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ conicis, lateralibus minutis. Maxillæ tomio dente minuto. Pedes dorsuales setis brevioribus serrulatis, nec paucis. Pedes ventrales setis in fasciculos duos dispositis, elongatis, infra apicem fere rectum incrassatis, spinis paucis serratis. Cirri dorsuales infra apicem longum incrassati. Cirri ventrales cylindrici, apice tenui, apicem pedum attingentes. Elytra magna, ovata, lævia, margine nuda, externo elevato, cellulis prope marginem minutis, mediis majoribus, corpusculis pigmenti angulatis maculata. Cirri anales elongati, forma tentaculi.

Ora insularum juxta Panama.

T. IV, 13, **Lepidonotus Johnstoni.** — 13 A, Animal superne visum, mangnitudine bis aucta. — 13 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, oculi; c, basis tentaculi; c′, basis antennæ; d, tentaculum; d′d′, antennæ; ff, palpi; g, pes dexter segmenti primi; h, cirri tentaculares; m, papillæ pharyngis exsertilis; n, apices maxillæ inferioris; n′, apices maxillæ superioris. — 13 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 13 G, Setæ, magnitudine 233:ies aucta: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 13 H[5], Elytron quintum, magnitudine aucta. — 13 H 1 et 2, cellulæ elytri; 3, corpuscula pigmenti, magnitudine 233:ies aucta. — T. X, 50, E, Pars anterior pharyngis exsertilis magnitudine aucta: m′m′, papillæ laterales. — 50 E′ Maxillæ magnitudine auctæ.

Lepidonotus Wahlbergi n.

Antennæ, lobo cephalico parum longiores, tentaculum, cirri tentaculares, buccales et dorsuales infra apicem attenuatum inflati; palpi læves, tentaculum longum superantes; setæ superiores divergentes, inferiores infra apicem serratæ; elytra, paria duodecim, tuberculis prædita magnis, rotundatis, margine lævi, elevato.

Aphrodita squamata Pallas, Miscell. Zool. p. 91, ex parte.
Lepidonotus Wahlbergi Kinb. l. c. p. 384.

Corpus longitudine 28 m.m., latitudine cum setis 8,5 m.m., lineare, elongatum; segmenta 27. Lobus cephalicus rotundatus. Tentaculum, basi illam antennarum superante, longitudine dupplici capitis brevius, infra apicem tenuem inflatum, læve. Antennæ, longitudine apicis lobum cephalicum et bases superantes, infra apicem inflatæ, graciles, glabræ. Palpi tentaculo longiores, cylindrici, apice longo, læves. Cirri tentaculares tentaculo longitudine et forma æquales, sed tenuiores, læves. Cirri buccales longitudine et forma antennarum. Pharynx exsertilis papillis $\frac{9}{9}$ conicis, æqualibus. Maxillæ tomio dente obsoleto et apice elongato. Pedes dorsuales minuti, setis brevibus, linearibus, acutis, divergentibus, serrulatis. Pedes ventrales robusti, setis porrectis, longis, infra apicem parum curvatum vix incrassatis, transversim serratis. Cirri dorsuales, basi humili, breves, apice apicem setarum ventralium attingente, forma tentaculi. Cirri ventrales conici, pedes breviores, crassi, apice tenui, cingulo altero circa basin, altero prope apicem ornati. Elytra parva in segmentis solitis obvia, partem parvam mediam dorsi et orificium ani nuda relinquentia, rotundata, ovalia, tuberculis

rotundis, inæqualibus, cellulas magnas continentibus; margine lævia, externo elevato. Orificium ani superne visum rugis cinctum. Cirri anales breves, dorsuales æquantes.

Portus Natalensis et Caput b. spei, unde retulit J. A. Wahlberg.

T. IV, 14, **Lepidonotus Wahlbergi.** — 14 A, Animal superne visum, magnitudine naturali. — 14 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d'd', antennæ; f, palpi; h, cirri tentaculares; ll, cirri buccales. — 14 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 14 G, setæ magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 14 H[5], Elytron quintum, magnitudine aucta. — 14 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

Lepidonotus squamatus (L.).

Antennæ lobo cephalico longiores, tentaculum, cirri tentaculares, buccales et dorsuales infra apicem attenuatum inflati, læves; palpi tentaculum longum vix superantes; pars basalis tentaculi lobo cephalico longitudine æqualis; setæ inferiores infra apicem serratæ; elytra, paria duodecim, tuberculis conicis, margine externo dense ciliato.

Aphrodita squamata Linné, Syst. nat. Ed. X, p. 655.

Pallas, Miscell. Zool. p. 91, ex parte, cfr. Lepidonotum Wahlbergi.

Corpus speciminis magnitudine mediocri, longitudine 35 m.m., latitudine cum setis 11 m.m., segmentis 29. Lobus cephalicus brevis, latus. Basis tentaculi maxima, longitudinem lobi cephalici æquans. Tentaculum, longitudine duplici lobi cephalici cum basi brevius, infra apicem tenuem inflatum. Bases antennarum, longitudine lobi cephalici, basi tentaculi multo minores. Antennæ mediam partem tentaculi attingentes. Palpi tentaculo parum longiores, læves. Cirri tentaculares tentaculi forma, sed tenuiores. Cirri buccales antennas æquantes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ æqualibus, maxillis tomio edentato. Pedes dorsuales, setis extrorsum vergentibus, serrulatis, tenuibus. Pedes ventrales compressi, setis porrectis, serratis. Cirri dorsuales, basi alta, setas pedum ventralium superantes, infra apicem pedum inflati. Cirri ventrales breves, apicem pedis non attingentes. Elytra magna, anteriora angusta, tuberculosa, tuberculis mediis majoribus, margine externo et posteriore ciliis longis dense prædita.

Ora Scandinaviæ.

T. IV, 15, **Lepidonotus squamatus.** — 15 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, bases tentaculi; c', basis antennæ; d, tentaculum; d'd', antennæ; ff, palpi; g, pes sinister segmenti primi; hh, cirri tentaculares; kk, tubercula paris primi elytrorum; l, cirri buccales. — 15 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 15 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 15 H', Elytron primum, magnitudine auctum.

Lepidonotus cæruleus n.

Antennæ lobo cephalico parum longiores, palpis breviores scabris, validis; setæ inferiores bidentatæ, infra apicem transverse seriatim serrato-spinosæ; elytra, paria duodecim, tuberculis prædita sparsis conicis; cirri ventrales apicem pedum attingentes.

Lepidonotus cæruleus Kinb. l. c. p. 384.

Corpus longitudine 11,5 m.m., latitudine cum setis 2,5 m.m., oblongum, segmentis 27. Lobus cephalicus angustus, rotundatus, oculis magnis. Basis tentaculi illa antennarum vix longior. Antennæ longitudine apicis lobum cephalicum superantes, infra apicem longum parum inflatæ, crassæ. Palpi antennas dimidia earum parte superantes, crassi, scabri, apice brevi. Cirri buccales apice longo antennas æquantes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ fere æqualibus. Maxillæ tomio dente obsoleto; apex maxillæ inferioris superiore longior. Pedes dorsuales minuti, setis, tenuibus, serrulatis, pedum ventralium longitudine. Pedes ventrales validi, setis longis, infra apicem bifidum transverse seriatim serrato-spinosis. Cirri dorsuales basi humili, breves, apice longo, tenui, setas ventrales superantes, cylindrici. Cirri ventrales pedibus longiores, conici, acuti, glabri. Cirri anales breves, dorsualibus forma æquales.

Mare Atlanticum long. a Greenwich occid. 40° 55', lat. austr. 22° 30', prope Rio Janeiro, in fundo argillæ cæruleæ, arenosæ, conchis frustulentæ, 20—30 orgyiarum.

T. IV, 16, **Lepidonotus cæruleus.** — 16 A, Animal superne visum, magnitudine bis aucta. — 16 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, basis tentaculi; d'd', antennæ; ff, palpi; gg, par primum pedum; ll, cirri buccales. — 16 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 16 G, Setæ, magnitudine 233:ies aucta: s, setæ pedis dorsualis; u, setæ pedis ventralis. — 16 H[5], Elytron quintum, magnitudine aucta. — 16 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta: a, cellula; b, corpora pigmenti. — T. X, 51, Maxillæ magnitudine auctæ: E', maxillæ a latere sinistro visæ; E'', maxillæ inferiores superne visæ.

Lepidonotus havaicus n.

Antennæ lobo cephalico breviores, apices palporum æquantes, tentaculo longiore, sicut appendices omnes pone apicem subulatum vix inflatæ; elytra, paria duodecim, macula magna notata, margine ciliata; cirri ventrales pedum apices non attingentes; setæ inferiores sub apice dente minimo, infra arcte serratæ.

Lepidonotus havaicus Kinb. l. c. p. 384.

Corpus longitudine 11, m.m., latitudine cum setis 3, m.m.; segmenta 27. Lobus cephalicus rotundatus. Pars basalis tentaculi antennarum illa vix longior. Tentaculum cylindricum, apice attenuatum, palpos superans. Antennæ breves, conicæ, acute attenuatæ. Palpi breves, nec antennas superantes, apice elongato. Cirri buccales tentaculares forma et longitudine æquantes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ conicis, brevibus. Pedes dorsuales humiles, setis brevibus serrulatis. Pedes ventrales validi, setis infra apicem dente minimo et arcte serratis. Cirri dorsuales, basi elongata, infra apicem subulatum parum inflati. Cirri ventrales pedibus breviores, styliformes, glabri. Cirri anales dorsuales æquantes. Elytra lævia, sub microscopio 300:ies amplificata, cellulis magnis ovalibus et corpusculis pigmenti ornata, margine externo ciliata.

Mare pacificum, portus urbis Honolulu, insulæ Oahu.

T. IV, 17, **Lepidonotus havaicus.** — 17 A, Animal superne visum, magnitudine bis aucta. — 17 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antennæ; f, palpi; h, cirri tentaculares; l, cirri buccales. — 17 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 17 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 17 H[5], Elytron quintum, magnitudine aucta. — 17 H, Pars elytri, magnitudine aucta.

Lepidonotus striatus n.

Antennæ, tentaculum æquantes, lobo cephalico duplo longiores, dimidiam palporum longitudinem attingentes, ut reliquæ appendices et cirri dorsuales, læves, cylindricæ, apice attenuato; elytra, paria tredecim?, tenuiter granulata, late striata; setæ inferiores bidentatæ, infra apicem serrulatæ.

Lepidonotus striatus Kinb. l. c. p. 384.

Corpus longitudine circa 22 m.m., latitudine cum setis 6 m.m. Lobus cephalicus lateribus rotundatis. Tentaculum, antennæ, cirri tentaculares et buccales fere æquales, læves, attenuati. Palpi longissimi, attenuati, læves. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ æqualibus, maxillis tomio edentato, apice obtuso. Pedes dorsuales parum distincti, stylo et seta brevi apice serrulata. Pedes ventrales validi, stylo longiore, setis bidentatis, infra apicem serrulatis, seriatim transverse spinulosis. Cirri dorsuales pedibus ventralibus longiores, forma tentaculum æquantes. Cirri ventrales pedibus ventralibus breviores, tenues, acuti. Elytra striatim maculata, sub microscopio 300:ies amplificata, cellulis magnis ovalibus et angulatis. Partem postremam corporis non cognoscimus.

Port Jackson, fundo 8 orgyiarum.

T. IV, 18, **Lepidonotus striatus.** — 18 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antennæ; h, cirri tentaculares; l, cirri buccales. — 18 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; p, styli; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 18 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 18 H', Elytron primum, magnitudine auctum. — 18 H, Pars elytri, magnitudine aucta.

Lepidonotus indicus n.

Antennæ lobo cephalico vix duplo longiores, dimidiam palporum longitudinem attingentes, ut omnes appendices et cirri dorsuales, ciliatæ, sensim attenuatæ; elytra, paria tredecim?, spinis curvis aspera, margine breviter ciliata; setæ superiores annulatim arcte spinulosæ, inferiores bidentatæ, longe serratæ.

Lepidonotus indicus Kinb. l. c. p. 384.

Corpus longitudine 16 m.m., latitudine cum setis 6 m.m., elongatum, segmentis 29?. Lobus cephalicus latus, postice angustior. Basis tentaculi illa antennarum multo crassior, sed paullo longior. Antennæ cirris tentacularibus breviores. Palpi longissimi, attenuati, ciliati. Pharynx exsertilis papillis $\frac{11}{11}$, maxillarum tomio edentato. Pedes dorsuales lati, setis validis, longis, fasciculum magnum formantibus. Pedes ventrales breves. Cirri dorsuales, parte basali alta, longi, ciliati, attenuati. Cirri ventrales a media parte pedum orientes, apicem pedum superantes, attenuati, læves. Elytra anteriora reniformia, reliqua ovalia, spinis curvis, retrorsum vergentibus, maximis prope marginem posteriorem, cellulis elongatis, magnis; margine externo et posteriore ciliata.

Pars australis Freti Bangka, in fundo maris.

T. IV, 19, **Lepidonotus indicus.** — 19 A, Animal superne visum, magnitudine bis aucta. — 19 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, basis tentaculi; d', antennæ; f, palpi; h, cirri tentaculares. — 19 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 19 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s et s*, setæ pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 19 H⁹, Elytron nonum, magnitudine auctum. — 19 H, Pars elytri, magnitudine aucta. — T. X, 52, Maxillæ magnitudine auctæ. — E', maxillæ a latere visæ; E'', maxillæ inferiores subtus visæ.

Genus HALOSYDNA.

Lobus cephalicus antice tripartitus ad bases tentaculi et antennarum formandas. Pharynx exsertilis papillis mediis proximis æqualibus; maxillæ validæ, corneæ, processu elongato, corpore maxillæ dupplo longiore, angusto, corpore brevi, alto, tomio edentato. Elytra, paria 18—21 dorsum non omnino tegentia, usque ad postremum corporis obvia, nec segmentis posterioribus paucis affixa. Corpus elongatum.

Huc Polynoë gelatinosa Sars, species scandinavica, infra descripta, pertinet.

Halosydna Virgini n.

Antennæ, longitudine lobi cephalici, conicæ, apice attenuato; tentaculum, longitudine palporum, infra apicem subulatum inflatum; elytra, paria octodecim, margine brevifimbriata; setæ superiores longæ, serrulatæ, inferiores bidentatæ, infra apicem serrulatæ et transverse seriatim spinulosæ.

Halosydna Virgini Kinb. l. c. p. 384.

Corpus speciminis verosimiliter junioris longitudine 8 m.m., latitudine cum setis 2,5 m.m., elongatum, segmentis 35, media parte dorsi nuda. Lobus cephalicus rotundatus, oculi posteriores minores. Antennæ minutæ, glabræ; tentaculum, infra apicem subulatum, longum, parum inflatum. Palpi breves, validi, scabri, apice brevi. Cirri tentaculares magnitudine et forma tentaculi. Cirri buccales antennis æquales. Maxillæ tomio edentato, processu elongato, apice acuto. Pedes dorsuales minuti, setis paucis longis, serrulatis. Pedes ventrales validi, setis longis, fasciculum magnum formantibus. Cirri dorsuales setas superantes, attenuati.

Cirri ventrales minuti, marginem inferiorem apicis pedum attingentes. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7, 9..... 23, 25, 27, 28, 30, 31, 33 obvia, maculata, par primum rotundatum, tuberculosum, reliqua ovalia, glabra, postrema minutissima; sub microscopio 300:ies amplificata, cellulis magnis, ovalibus corpusculisque magnis pigmenti.

Mare ad urbem Honolulu insulæ Oahu maris pacifici.

T. V, 20, **Halosydna Virgini.** — 20 A, Animal superne visum, magnitudine duplici: ($\frac{1}{1}$ lege $\frac{2}{1}$), parte postrema subtus vergente non visibili. — 20 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: d, tentaculum; d′, antennæ; f, palpi; h, cirri tentaculares; l, cirri buccales. — 20 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ dorsuales; t, cirrus ventralis; u, setæ ventrales. — 20 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 20 H^5, Elytron quintum, magnitudine auctum. — 20 H′, Elytron primum, magnitudine auctum. — 20 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta. — T. X, 53, Maxillæ magnitudine auctæ.

Halosydna australis n.

Antennæ, palpis dimidio breviores, tentaculum antennas superans, cirri tentaculares et dorsuales ante apicem subulatum inflati; elytra, paria 21, lævia; setæ inferiores bidentatæ, infra apicem serratæ.

Halosydna australis Kinb. l. c. p. 385.

Corpus longitudine 30 m.m., latitudine cum setis 6 m.m., segmentis 45. Lobus cephalicus latus, lateribus rotundatis, oculis æqualibus. Basis tentaculi illa antennarum vix longior. Palpi elongati, pone apicem brevem inflati, scabri. Cirri tentaculares forma tentaculi, sed tenuiores. Cirri buccales antennas æquantes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{18}{18}$, lateralibus minoribus. Pedes dorsuales minuti, setis apicem pedis non attingentibus, tenuibus, serrulatis. Pedes ventrales validi, conici, setis bidentatis, infra apicem spinulosis. Cirri dorsuales tentaculares æquantes. Cirri ventrales elongati, apicem pedum attingentes. Cirri anales dorsualibus majores. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7, 9.....23, 25, 27, 28, 30, 31, 34, 36, 38, 41 obvia, lævia, sed sub microscopio 300:ies amplificata, spinis curvatis, acutis cellulisque elongatis prædita, et corpusculis pigmenti minutis maculata.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata fundo arenoso, circa 50 orgyiarum.

T. V, 21, **Halosydna australis.** — 21 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 21 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta. — 21 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 21 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 21 H′, Elytron primum, magnitudine auctum. — 21 H^5, Elytron quintum, magnitudine auctum. — 21 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta. — T. X, 54, E, Pharynx exsertilis magnitudine aucta; E′, maxillæ a latere visæ; E″, maxillæ inferiores superne visæ; E‴, maxillæ inferiores subtus visæ, magnitudine auctæ.

Halosydna brasiliensis n.

Antennæ dimidiam partem palporum superantes, tentaculum antennis duplo longius, cirri tentaculares et dorsuales infra apicem subulatum inflati; elytrorum paria 21; setæ inferiores bidentatæ, infra apicem serratæ.

Corpus longitudine 34 m.m., latitudine cum setis 7 m.m., segmentis 45. Lobus cephalicus rotundatus, oculis æqualibus. Bases tentaculi et antennarum longitudine fere æquales. Bases antennarum elongatæ, divergentes. Tentaculum lobo cephalico cum basi ter longius, palpos superans. Palpi pone apicem inflati, validi, scabri. Cirri tentaculares forma tentaculi, multo vero tenuiores et breviores, cirros buccales æquantes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ fere æqualibus; maxillæ fere ut in specie præcedente. Pedes dorsuales minuti, setis apicem pedis non attingentibus, serrulatis, acutis. Pedes ventrales validi, conici, setis bidentatis, dente majore curvato, infra apicem serratis. Cirri dorsuales tentaculares æquantes. Cirri ventrales apicem pedum attingentes. Elytra lævia, sed par primum tuberculis humilibus conicis ornatum, in segmentis 2, 4, 5, 7, 9.....23, 25, 27, 28, 30, 31, 34, 36, 38, 41, obvia, sub microscopio visa tuberculis rotundatis et cellulis magnis ovalibus, corpusculis pigmenti magnis prædita.

Portus ad Rio de Janeiro in fundo 4 orgyiarum.

T. V, 22, **Halosydna brasiliensis.** — 22 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: d, tentaculum; d', antennæ; f, palpus; h, cirri tentaculares; l, cirrus buccalis. — 22 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 22 G, Setæ, magnitudine 300:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 22 H^4, Elytron quartum, magnitudine auctum. — 22 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

Halosydna patagonica n.

Antennæ dimidiam palporum longitudinem vix attingentes; tentaculum antennas superans, cirri tentaculares et dorsuales infra apicem subulatum inflati; elytra, paria octodecim, tuberculis rotundatis numerosis obsita; setæ inferiores bidentatæ, infra apicem serratæ.

Halosydna patagonica Kinb. l. c. p. 385.

Corpus longitudine 27 m.m., latitudine cum setis 8 m.m.; segmenta 37. Lobus cephalicus rotundatus. Basis tentaculi antennarum illa parum longior. Bases antennarum elongatæ. Tentaculum, dupplici longitudine lobi cephalici cum basi breviores, partem dimidiam palporum attingens. Palpi pone apicem inflati, validi, glabri. Cirri tentaculares forma tentaculi, parum breviores. Cirri buccales tentacularibus brevior, infra apicem inflati. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ fere æqualibus, maxillis fere ut in Halosydna australi, processu parum longiore. Pedes dorsuales minuti, setis paucis apicem pedum non attingentibus, serrulatis, curvatis, attenuatis. Pedes ventrales validi, setis bidentatis, infra apicem serratis, crassis. Cirri dorsuales, infra apicem subulatum inflati, basi elongata, conica. Cirri ventrales, apicem pedum vix attingentes, attenuati. Cirri anales, forma cirros dorsuales æquantes, parum elongati. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7, 9.....23, 25, 27, 28, 30, 31, 33 obvia, tuberculis conicis magnis pigmentoque ornata.

Litora Patagoniæ, sinus York bay in freto Magalhaensi, summa aqua, sub lapidibus.

T. V, 23, **Halosydna patagonica.** — 23 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 23 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 23 C, Pars anterior, subtus visa, magnitudine aucta: d, tentaculum; d', antennæ; h, cirri tentaculares; l, cirri buccales. — 23 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 23 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 23 H^5, Elytron quintum, magnitudine auctum. — 23 H, Pars elytri, magnitudine 70:ies aucta.

Halosydna parva n.

Antennæ tentaculum fere æquantes, palpis parum breviores; cirri tentaculares longi, infra apicem subulatum inflati; elytra, paria octodecim, brevifimbriata; setæ inferiores bidentatæ, infra apicem arcte serrulatæ et spinosæ.

Halosydna parva Kinb. l. c. p. 385.

Corpus longitudine 20 m.m., latitudine cum setis 6 m.m.; segmenta 37. Lobus cephalicus rotundatus, oculis magnis æqualibus. Bases tentaculi et antennarum breves, æquales. Tentaculum lobo cephalico cum basi paullulum longius, cylindricum, apice brevi, attenuato, elongato. Antennæ, forma tentaculi, parum breviores, longitudine lobum cephalicum æquantes. Cirri tentaculares tentaculum superantes. Cirri buccales forma et longitudine antennis similes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$, maxillis tomio edentato, processu et apice breviore quam Halosydnæ patagonicæ. Pedes dorsuales, tubercula fingentes, setis plurimis serrulatis, aliis longis, attenuatis, aliis brevibus, curvatis. Pedes ventrales validi, setis longis, crassis, bidentatis, infra apicem arcte serrulatis et spinosis. Cirri dorsuales, basi conica, humili, forma cirros tentaculares æquantes. Cirri ventrales apices pedum vix attingentes, attenuati. Cirri anales dorsuales æquantes, parum elongati. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7, 9.....23, 25, 27, 28, 30, 31, 33 obvia, glabra, margine externo fimbriis brevibus prædito, cellulis magnis rotundatis et corpusculis pigmenti ornata.

Valparaiso et insula Chincha inter radices fucorum, fundo 1—2 orgyiarum. Insula S:t Lorenzo prope Callao, litore lapidoso.

T. V, 24, **Halosydna parva.** — 24 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 24 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta. — 24 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 24 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, s', setæ pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 24 H^5, Elytron quintum, magnitudine auctum. — 24 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

Halosydna elegans n.

Antennæ, dimidiam partem tentaculi æquantes, lobo cephalico longiores; tentaculum longitudine duplici antennarum, palpi breviores, cirri tentaculares et dorsuales attenuati, læves; elytra, paria undevigenta, lævia; setæ ventrales infra apicem serratæ.

Corpus longitudine segmentorum 37, quæ adsunt, 15 m.m., latitudine cum setis 4 m.m. Lobus cephalicus rotundatus. Bases tentaculi et antennarum longitudine æquales. Tentaculum longitudine duplici lobi cephalici cum basi longius, longitudinem duplicem antennarum æquans, attenuatum. Antennæ forma tentaculi, lobo cephalico paullulum longiores. Palpi attenuati, triplici longitudine lobi cephalici longiores, læves, maculati. Cirri tentaculares attenuati, tentaculo breviores, læves. Cirri buccales tentaculares æquantes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$, maxillis tomio edentato. Pedes dorsuales setis plurimis attenuatis, serrulatis, longitudine setas pedum ventralium fere æquantibus. Pedes ventrales setis infra apicem serratis. Cirri dorsuales, basi crassa, alta, attenuati, breves, læves. Elytra 19 l. fortasse plura, in segmentis 2, 4, 5, 7, 9 . . . . . 23, 25, 27, 28, 30, 31, 33, 34 obvia, lævia, maculata, margine fimbriis carente, sub microscopio amplificata cellulis magnis ovalibus instructa.

Insula Chatham inter Galapagos, litore boreali, prope Finger-Point.

Halosydna brevisetosa n.

Antennæ dimidiam partem palporum superantes, tentaculum validum, palpi longi et cirri tentaculares incrassati, apice attenuato; elytra, paria octodecim, tuberculis rotundis paucis prædita, fimbriisque brevibus; setæ inferiores brevissimæ, infra apicem serratæ.

Halosydna brevisetosa Kinb. l. c. p. 385.

Corpus longitudine 40 m.m., latitudine cum setis 8 m.m.; segmenta 37. Lobus cephalicus rotundatus, elongatus, oculis æqualibus. Basis tentaculi antennarum illa major. Tentaculum duplicem longitudinem lobi cephalici fere æquans, pone apicem tenuem parum inflatum. Antennæ duas e tribus partes tentaculi æquantes, apice tenui longitudinem lobi cephalici superantes. Palpi tentaculo parum breviores, infra apicem acutum et longum inflati, glabri. Cirri tentaculares, a pari primo, elongato pedum orientes, apicem palporum attingentes. Cirri buccales antennas æquantes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ æqualibus, maxillis validis, processibus specierum reliquarum generis hujus parum brevioribus, tomio maxillæ inferioris dente obsoleto. Pedes dorsuales minuti, setis brevibus et nonnullis longioribus, serrulatis. Pedes ventrales validi, setis brevibus, infra apicem simplicem parce sed profunde serratis. Cirri dorsuales, basi valida, longi, cylindrici, apice tenui, longo. Cirri ventrales tenues, acuti, apicem pedum attingentes. Cirri anales dorsuales æquantes. Orificium ani superne positum, elytris non tectum. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7, 9 . . . . . 23, 25, 27, 28, 30, 31, 33, obvia, ovalia, tuberculis rotundis paucis, cellulis rotundatis magnis, margine externo fimbriis brevibus prædita, paria tria anteriora tuberculis majoribus instructa.

Sausolita Bay prope urbem S:t Francisco Californiæ, ad litus et fundo 8—10 orgyiarum.

T. V, 25, **Halosydna brevisetosa.** — 25 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 25 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta. — 25 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 25 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, setæ pedis dorsualis; u, setæ pedis ventralis. — 25 H^5, Elytron quintum, magnitudine auctum. — 25 H, Pars elytri, magnitudine aucta.

Halosydna gelatinosa (Sars).

Antennæ, palpis dimidio breviores; tentaculum, antennas parum superans, triplicem longitudinem lobi cephalici æquans; cirri tentaculares pone apicem subulatum inflati; elytra, paria octodecim, rugosa.

Polynoë gelatinosa Sars, Beskrivelser og Iagtagelser, Bergen 1835, p. 63, Pl. 9, fig. 25 a, b, c.

Corpus longitudine 60 m.m., latitudine cum setis 16 m.m.; segmenta 46. Lobus cephalicus latus, lateribus rotundatis, oculis quatuor utriusque lateris approximatis. Bases tentaculi et antennarum eadem longitudine. Cirri buccales tentaculares æquantes. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{11}{11}$ apicibus digitatis, maxillis validis, processibus brevioribus quam in speciebus aliis hujus generis, tomio edentato. Pedes dorsuales minuti, setis tenuibus, serrulatis. Pedes ventrales, setis longis, bidentatis, dentibus brevibus, infra apicem transversim serrulatis. Cirri dorsuales, basi crassa et elongata, attenuati, infra apicem inflati. Cirri ventrales tenues, apicem pedum non attingentes. Cirri anales dorsualium longitudine. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7, 9.....21, 23, 26, 29, 32, 35, 38, 39, obvia, margine lævia.

Bergen Norvegiæ, Sars; Bohusia Sueciæ.

T. V, 26, **Halosydna gelatinosa.** — 26 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: d, tentaculum; d', antenna; f, palpus; h, cirri tentaculares; k, tuberculum elytri dextri paris primi. — 26 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; u, setæ pedis ventralis; t, cirrus ventralis. — 26 G, Setæ, magnitudine 300:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 26 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

Genus ANTINOE n.

Lobus cephalicus antice tamquam incisus, ad utrumque latus tuberculo minuto præditus. Bases antennarum sub vel juxta basin tentaculi affixæ, nec a parte anteriore superiore lobi cephalici productæ. Pharynx exsertilis papillis mediis proximis æqualibus; maxillæ pone apicem incisæ, tomio edentato, vel interdum dente obsoleto. Elytra, paria duodecim ad quindecim, dorsum obtegentia. Corpus breve.

Antinoe æquiseta n.

Antennæ, lobo cephalico plus quam duplo longiores, palpi cirrique dorsuales ciliati, nec incrassati; setæ superiores inferioribus longitudine æquales, inferiores bidentatæ, infra apicem serratæ et annulatim spinulosæ.

Antinoe æquiseta Kinb. l. c. p. 385.

Corpus latitudine cum setis 8 m.m. Lobus cephalicus latus, lateribus rotundatis, oculis magnis æqualibus. Basis tentaculi bases antennarum parum superans. Antennæ ciliatæ, apice longo. Palpi dense ciliati, crassi, sensim acuminati, antennas superantes. Pedes dorsuales validi, setis numerosis, longis, crassis, serrulatis. Pedes ventrales setis bidentatis, infra apicem serratis et annulatim spinulosis. Cirri dorsuales, basi cylindrica, ciliati, apice longo, tenui. Cirri ventrales minuti, apicem pedis non attingentes.

Port Natal, J. A. Wahlberg.

T. VI, 27, **Antinoe æquiseta.** — 27 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, basis tentaculi; e', basis antennæ; d', antenna; f, palpus. — 27 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; p, styli; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 27 G, Setæ, magnitudine 137:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis.

Antinoe Waahli n.

Antennæ conicæ, lobo cephalico breviores, cum tentaculo duplo longiore, leviter inflato, cirris tentacularibus, buccalibus et dorsualibus brevipilosæ; palpi validi læves; ely-

tra, paria quindecim, macula magna notata, margine lævi; setæ inferiores superioribus longiores, bidentatæ, infra apicem serratæ.

Antinoe Waahli Kinb. l. c. p. 385.

Corpus longitudine 24 m.m., latitudine cum setis 6 m.m.; segmenta 37. Lobus cephalicus rotundatus, antice angustior. Bases antennarum basi tentaculi parum breviores. Tentaculum lobo cephalico longius, pone apicem attenuatum parum inflatum. Antennæ minutæ, conicæ, pilosæ, dimidia parte tentaculi minores. Palpi validi, longi, tentaculum superantes, læves, acuminati. Cirri tentaculares tentaculo parum breviores, pilosi. Cirri buccales antennis longiores, pilosi. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$; maxillæ, processibus latioribus minus elongatis. Pedes dorsuales setis validis, serratis, numerosis. Pedes ventrales, setis longis, bidentatis, infra apicem serratis. Cirri dorsuales, basi alta, fere cylindrica, acuminati, pilosi. Cirri ventrales elongati, acuminati, læves, apicem pedum fere attingentes. Elytra, sub microscopio amplificata, cellulis rotundatis, corpusculis pigmenti maculata, glabra, margine lævi.

Port Jackson Novæ Hollandiæ, fundo 12 orgyiarum.

T. VI, 28, **Antinoe Waahli.** — 28 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 28 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: d, tentaculum; d', antenna; f, palpus; h, cirri tentaculares; l, cirrus buccalis. — 28 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 28 G, Setæ, magnitudinæ 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 28 H, Cellula elytri, magnitudine 300:ies aucta: H', Pigmentum elytri; H^5, Elytron quintum. — T. X, 55, Maxillæ magnitudine auctæ.

Antinoe pulchella n.

Antennæ lobo cephalico lato longiores, cum cirris tentacularibus et dorsualibus brevipilosæ; elytra, paria tredecim, tuberculis prædita minutis areolatis, margine breviter fimbriata; setæ inferiores bidentatæ, infra apicem serrulatæ.

Antinoe pulchella Kinb. l. c. p. 385.

Corpus longitudine 11 m.m., latitudine cum setis 5 m.m.; segmenta 31. Lobus cephalicus latus, brevis, lateribus rotundatis, oculis magnis, æqualibus. Basis tentaculi parte basali antennarum multo major. Tentaculum speciminis nostri deest. Antennæ conicæ, attenuatæ, brevipilosæ, lobo cephalico longiores. Palpi validi, longitudine antennas duplo superantes, scabri, apice brevi. Cirri tentaculares antennis bis fere longiores, pilosi. Par primum pedum setis nonnullis præditum. Cirri buccales antennis longiores. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$, maxillis speciei præcedenti assimilibus. Pedes dorsuales lati, humiles, setis validis, obtusis, serrulatis. Setæ pedum ventralium, longitudine illas pedum dorsualium parum excedentes, bidentatæ, infra apicem serrulatæ. Cirri dorsuales, basi gracili, pilosi, apice attenuato setas superantes. Cirri ventrales attenuati, apicem pedum attingentes. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7 . . . . . 23, 26 obvia, margine externo fimbriis brevibus, sub microscopio amplificata cellulis ovalibus prædita.

Mare atlanticum extra ostium fluminis la Plata, fundo arenoso et lapidoso orgyiarum circiter 50.

T. VI, 29, **Antinoe pulchella.** — 29 A, Animal, superne visum, magnitudine duplici. — 29 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, basis tentaculi; d', antenna; f, palpus; h, cirri tentaculares. — 29 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 29 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 29 H, Pars elytri, magnitudine 233:ies aucta. — 29 H^5, Elytron quintum, magnitudine auctum. — T. X, 56, Maxillæ magnitudine auctæ.

Antinoe microps n.

Antennæ lobo cephalico breviores, cum tentaculo duplo longiore et cirris tentacularibus brevissime ciliatæ; palpi validi læves; oculi minuti; elytra, paria quatuordecim, macula notata semilunari, margine lævi; setæ inferiores infra apicem serratæ, superiores profunde serratæ.

Antinoe microps Kinb. l. c. p. 385.

Corpus longitudine 12 m.m., latitudine cum setis 5 m.m.; segmenta 32. Lobus cephalicus rotundatus, postice latior, oculis minutis. Basis tentaculi humilis. Tentaculum apice attenuato, lobo cephalico longius, ciliis brevissimis. Bases antennarum sub margine anteriore lobi cephalici occultæ. Antennæ conicæ, acutæ, breves, parce et brevissime ciliatæ. Palpi tentaculo longiores, validi, læves, attenuati. Cirri tentaculares, apices palporum attingentes, apice attenuato, ciliisque brevissimis prædití. Par primum pedum setis nonnullis armatum. Cirri buccales cirros tentaculares fere æquantes. Pharynx exsertilis tomio edentato. Pedes dorsuales humiles, setis plurimis, apicem pedum ventralium attingentibus, validis, profunde serratis. Pedum ventralium setæ longæ, serrulatæ: superiores apice serrulato, longiore, inferiores infra apicem lævem serrulatæ. Cirri dorsuales basi gracili, attenuati, fere glabri. Cirri ventrales minuti, acuti. Cirri anales elongati. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7.....23, 26, 29 obvia, reniformia, maculata, superficie et margine lævia.

Portus urbis Rio de Janeiro, fundo limoso.

T. VI, 30, **Antinoe microps.** — 30 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antenna; f, palpus; h, cirri tentaculares. — 30 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; p, styli; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 30 G, Setæ, magnitudine 223:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta inferior pedis ventralis; u', setæ superiores pedis ventralis. — 30 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta. — 30 H[5], Elytron quintum, magnitudine auctum.

Genus HARMOTHOE n.

Lobus cephalicus antice angustus. Basis tentaculi incisuram lobi cephalici occupans. Bases antennarum sub basi tentaculi affixæ. Pharynx exsertilis papillis $\frac{9}{9}$, maxillis apicibus distantibus, tomio edentato, processibus elongatis, latis, corpus maxillæ longitudine æquantibus. Elytra, paria quindecim, dorsum obtegentia, usque ad extremum corporis obvia. Corpus haud longum.

Polynoe l. Lepidonote scabra auctorum et species aliæ boreales nonnullæ huc pertinent.

Harmothoe spinosa n.

Antennæ, longitudine lobi cephalici, tentaculo dimidio breviores; palpi crassi, validi, subarticulati; appendices omnes lobi cephalici læves; elytra prope marginem posticum et externum spinulis conicis armata; setæ inferiores paullum longiores, bidentatæ, infra apicem arcte et profunde serratæ.

Harmothoe spinosa Kinb. l. c. p. 386.

Corpus longitudine 17 m.m., latitudine cum setis 8 m.m.; segmenta 38. Lobus cephalicus pentagonus, parte media juxta oculos anteriores latiore. Oculi magni æquales. Basis tentaculi crassa. Tentaculum duplicem longitudinem antennarum æquans, pone apicem tenuem inflatum, læve. Antennæ, longitudine lobi cephalici, minutæ, attenuatæ, sub basi tentaculi affixæ. Palpi validi, tentaculo parum longiores, attenuati, glabri. Cirri tentaculares tentaculum forma æquantes, sed paullulum minores, læves. Cirri buccales infra apicem inflati, cirris tentacularibus breviores. Pharynx exsertilis papillis conicis $\frac{9}{9}$ fere æqualibus; maxillæ processibus latioribus, tomio maxillæ inferioris dente obsoleto. Pedes dorsuales validi, setis crassis, serrulatis. Pedes ventrales setis parum longioribus, setis pedum dorsualium tenuioribus, bidentatis, infra apicem arcte et profunde serratis. Cirri dorsuales infra apicem tenuem inflati. Cirri ventrales acuti, a parte media pedis orientes et apicem pedum attingentes. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7.....23, 26, 29, 32 obvia, prope marginem posticum et externum spinulis conicis, lævibus prædita, cellulis ovalibus, margine fimbriis carente.

Fretum Magalhaensi, sub lapidibus, in litore insulæ parvæ Bucket dictæ, et York bay prope fluvium Bachelor, fundo 4—6 orgyiarum.

T. VI, 31, **Harmothoe spinosa.** — 31 A, Animal, superne visum, magnitudine duplici. — 31 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antenna; f, palpi; h, cirri tentaculares. — 31 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 31 G, Setæ, magnitudine 233:ies aucta: s, seta pedis dorsualis; u, setæ pedis ventralis. — 31 H⁵, Elytron quintum; 31 H', Pars elytri, magnitudine 137:ies aucta. — 31 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta. — T. X, 57. E, Pharynx exsertilis; E', Maxillæ magnitudine auctæ.

Genus HERMADION n.

Lobus cephalicus postice latior; oculi posteriores sicut anteriores distantes. Bases tentaculi et antennarum ab illis generis præcedentis vix diversæ. Pharynx exsertilis papillis $\frac{9}{9}$, maxillis tomio edentato, processibus corpore maxillæ parum longioribus. Elytra, paria quindecim, segmenta posteriora non tegentia. Setæ pedum ventralium infra apicem serratæ. Corpus elongatum.

Hermadion Magalhaensi n.

Bases antennarum ante marginem lobi cephalici prominentes, partem tentaculi basalem longitudine æquantis; appendices cephalici, cirri et elytra lævia; margines elytrorum reflexi; setæ superiores læves.

Hermadion Magalhaensi Kinb. l. c. p. 386.

Corpus longitudine 52 m.m., latitudine maxima cum setis 17 m.m.; segmenta 50. Lobus cephalicus brevis, postice latus, antice angustus, oculis magnis. Basis tentaculi longitudine lobi cephalici, crassa, conica. Tentaculum dupplicem fere longitudinem lobi cephalici cum basi æquans, pone apicem tenuem parum inflatum, læve. Bases antennarum parum distantes, sub basi tentaculi orientes, ante marginem anteriorem lobi cephalici prominentes. Antennæ dimidiam partem tentaculi non attingentes, attenuatæ, læves. Palpi elongati, tentaculo longiores, attenuati, apice tenui, glabri. Cirri tentaculares tentaculum æquantes, parum minores. Cirri buccales infra apicem inflati. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{9}{9}$ æqualibus, maxillis apicibus distantibus, tomio edentato, processu latiore et breviore. Pedes dorsuales validi, setis parum numerosis, sed crassis, obtusis, rectis, lævibus, sursum et extrorsum divergentibus. Pedes ventrales dorsualibus haud majores, setis fere rectis, infra apicem lævem serrulatis. Cirri dorsuales infra apicem tenuem inflati, læves. Cirri ventrales apicem pedum attingentes. Elytra, paria quindecim, in segmentis 2, 4, 5, 7 ..... 23, 26, 29, 32 obvia, superficie et margine lævia, margine externo pro pedibus et setis dorsualibus reflexo; sub microscopio visa, cellulis ovalibus instructa. Cirri anales parum elongati.

Fretum Magalhaensi sub lapidibus litoris, in York bay, prope flumen Bachelor et insulam Bucket.

T. VI, 32, **Hermadion Magalhaensi.** — 32 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 32 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, basis tentaculi; d, tentaculum; d', antenna; f, palpus; h, cirri tentaculares; k, tuberculum elytri dextri paris primi. — 32 E, Pharynx exsertilis antice visus. — 32 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 32 G, Setæ, magnitudine 137:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 32 H', Elytron primum. — 32 H⁴, Elytron quartum. — 32 H⁵, Elytron quintum, magnitudine auctum. — 32 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

Hermadion longicirratus n.

Bases antennarum margine lobi cephalici occultatæ, parte tentaculi basali longiores; appendices cephalici cirrique omnes ciliati; cirri anales elongati; elytra tuberculosa; setæ superiores serrulatæ.

Hermadion longicirratus Kinb. l. c. p. 386.

Corpus longitudine 14 m.m., latitudine cum setis 5 m.m.; segmenta 39. Lobus cephalicus postice latus. Basis tentaculi lobo cephalico brevior. Tentaculum longitudine duplici lobi cephalici brevius, pone

apicem tenuem parum inflatum, parce ciliatum. Bases antennarum sub lobo cephalico et basi tentaculi occultæ, approximatæ. Antennæ dimidiam partem tentaculi attingentes, attenuatæ, parce ciliatæ. Palpi elongati, tentaculo longiores, apice brevi, tenuissime ciliati. Cirri tentaculares tentaculum æquantes, parum vero tenuiores. Cirri buccales elongati, infra apicem attenuatum, longum inflati, tentacularibus breviores. Pharynx exsertilis papillis $\frac{9}{9}$; maxillæ processibus corpore maxillæ parum longioribus. Pedes dorsuales ventralibus multo minores, setis vero majoribus, crassis, serrulatis, extrorsum vergentibus. Pedes ventrales setis infra apicem serratis. Cirri dorsuales forma cirros tentaculares æquantes, ciliati. Cirri ventrales apicem pedum attingentes, ciliati, acuti. Elytra, paria quindecim, in segmentis 2, 4, 5, 7.....23, 26, 29, 32 obvia, segmenta postrema nuda relinquentia, tuberculis humilibus rotundatis et, sub microscopio visa, cellulis rotundatis instructa. Cirri anales elongati, ante apicem longum inflati, ciliati.

Fretum Magalhaensi, in York bay sub lapidibus litoris prope flumen Bachelor.

T. VI, 33, **Hermadion longicirratus.** — 33 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antenna; f, palpus; h, cirri tentaculares; l, cirrus buccalis. — 33 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: s, setæ pedis dorsualis; u, setæ pedis ventralis. — 33 G, Setæ, magnitudine 137:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 33 H5, Elytron quintum, magnitudine auctum. — 33 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta. — 33 x, Pars posterior, superne visa, magnitudine aucta: jj, cirri dorsuales; j', cirri anales.

GENUS POLYNOE (Sav.).

Lobus cephalicus latus, antice incisus, lateribus rotundatis. Bases antennarum haud distantes, sub et extra basin tentaculi orientes. Pharynx exsertilis, papillis mediis proximis æqualibus, maxillis corpore alto brevi, tomio edentato brevi, processu corpore longiore. Pedes dorsuales minuti, setis glabris. Pedes ventrales setis bidentatis, infra apicem serratis. Elytra, paria quindecim, in parte anteriore corporis obvia. Corpus angustum, longum.

Huc species scandinavica: Polynoe scolopendrina Sav. pertinet, nec Polynoe scolopendrina Blainv., nec P. elegans Grube, quæ species genera nova representant.

Polynoe antarctica n.

Bases antennarum, ante marginem lobi cephalici prominentes, parte tentaculi basali longiores; cirri tentaculares et dorsuales læves, attenuati; elytra, paria quindecim, lævia; setæ pedum superiorum minutæ, læves.

Corpus longitudine 50 m.m., latitudine cum setis 7,5 m.m.; segmenta circa 80. Lobus cephalicus latus, lateribus rotundatis, margine anteriore ab Antinoë pulchella T. VI, 29 B parum differente, oculis posterioribus approximatis. Tentaculum, antennæ et palpi speciminis nostri deficientes. Cirri tentaculares et buccales æquales, tenues, acuti, glabri, infra apicem parum inflati. Pharynx exsertilis, longitudine 7 m.m., papillis $\frac{9}{9}$ elongatis, fere æqualibus; maxillæ tomio edentato, processibus latioribus, parum elongatis. Pedes dorsuales setis brevibus, apicem pedum ventralium non attingentibus, validis, paucis, glabris, versus apicem incrassatis. Pedes ventrales crassi, setis longis, bidentatis, infra apicem serratis. Cirri dorsuales attenuati, læves. Cirri ventrales acuti, læves, apicem pedum attingentes. Elytra, segmentis 2, 4, 5, 7.....23, 26, 29, 32 affixa, tenuissima, cellulis parvis, sparsis, angulatis.

Fretum Magalhaensi.

T. X, 58, **Polynoe antarctica.** — E, Pars anterior pharyngis exsertilis; E', Maxillæ magnitudine aucta.

FAM. IV. ACOËTEA.

Corpus longum, depressum. Tuberculum faciale nullum. Tentaculum parte basali a media anteriore parte lobi cephalici oriens. Bases antennarum duarum sub pedunculis oculorum occultæ. Oculi pedunculati duo; sessiles nullas vidimus. Palpi longi, validi, læves. Cirri tentaculares duo in utroque pede paris primi, tentaculiformes. Cirri buccales sive ventrales paris pedum secundi cirris reliquis ventralibus longiores, tentaculiformes. Pharynx exsertilis, margine anteriore papillis numerosis, papilla media supera et infera elongata, tentaculiformi; maxillæ corneæ, corpore elongato, humili, tomio dentato. Pedes dorsuales et ventrales connati. Elytra, paria plurima, in segmentis 2, 4, 5, 7 ..... et imparibus reliquis usque ad postremum corporis obvia: segmenta elytris carentia cirris dorsualibus prædita.

Cf. pag. 1, ubi pro 24, 26, 28, 30 lege 25, 27, 29, 31.

Gen. 1. Acoëtes Aud. et Edv. — Elytra plana, inverse imbricata, dorsum totum tegentia.

Gen. 2. Eupompe n. – Elytra plana, inverse imbricata, partem anticam mediam dorsi nudam relinquentia, partem posticam tegentia.

Gen. 3. Panthalis n. — Elytra anteriora plana, dorsum tegentia, inverse imbricata, reliqua campanulata, retrorsum imbricata, dorsum medium nudum relinquentia.

Gen. 4. Polyodontes Renieri. — Elytra minima, nec antrorsum, nec retrorsum imbricata, maximam partem dorsi nudam relinquentia.

GENUS EUPOMPE n.

Lobus cephalicus antice tripartitus ad basin tentaculi et pedunculos oculorum formandos. Basis tentaculi pedunculis multo minor. Pharynx exsertilis, maxillis corpore elongato et tomio dentato, apicibus validis curvatis, distantibus, processu brevi tomium dentatum longitudine vix superante. Pedes dorsuales et ventrales non disjuncti. Cirri tentaculares, dorsuales et buccales tentaculiformes. Cirri dorsuales in segmentis elytris carentibus obvii. Elytra plurima usque ad postremum corporis, plana, tenuia, inverse sive antrorsum imbricata, partem anticam et mediam dorsi nudam relinquentia et posticam tegentia.

Eupompe Grubei n.

Antennæ sub pedunculis oculorum occultæ; palpi subarticulati; setæ quatuor ordinum: serrulatæ, subspirales: bipennato-penicillatæ: aristatæ: capillaceæ.

Eupompe Grubei Kinb. l. c. p. 387.

Corpus longitudine 220 m.m., latitudine partis latioris anterioris 12,5, postice sensim angustius, segmentis circa 185. Lobus cephalicus rotundatus, antice in pedunculos oculorum duos productus. Oculi duo, magni, antrorsum spectantes, pedunculis longitudinem partis reliquæ lobi cephalici æquantibus, antice incrassatis, clavatis. Tentaculum, basi a parte anteriore lobi cephalici oriente, pedunculos parum superans, attenuatum, glabrum. Antennæ, sub pedunculis oculorum orientes, distantes, inter palpos et pedunculos parte visibiles apicem pedunculorum attingentes. Palpi longitudinem duplicem et dimidiam lobi cephalici cum pedunculis æquantes, subarticulati, attenuati. Cirri tentaculares tentaculi forma et magnitudine, læves, setis adjacentibus, brevioribus. Cirri buccales tentaculares æquantes. Pharynx exsertilis cylindricus, mar-

gine præditus papillis $\frac{15}{15}$, quarum media, supera et infera, elongata, tentaculiformis, reliquis conicis, brevibus, obtusis, et in utraque parte anteriore laterali, pone marginem pharyngis, plicis binis minutis. Maxillæ corpore elongato, humili, processu apice breviore, tomio dentibus brunneis $\frac{4}{4}$, compressis, margine rotundato. Pedes dorsuales et ventrales conjuncti, alti, compressi, elytra ferentes, papillis præditi. Cirri dorsuales conici, breves, læves, basi crassa. Cirri ventrales styliformes. Elytra, paria 93, plana, tenuia, ovalia, margine lævia, inverse imbricata.

Sinus ad Guajaquil, fundo limoso et conchis frustulento, circa 25 orgyiarum.

T. VII, 35, **Eupompe Grubei.** — 35 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 35 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: b, pedunculi oculorum; d, tentaculum; d'd', antennæ: f, palpus; g, par primum pedum; h, cirri tentaculares; l, cirrus buccalis. — 35 E, Pars anterior pharyngis exsertilis magnitudine aucta: m, papillæ; m', papilla media superior; m'', papilla media inferior; n, tomium dentatum; n', n'', apices maxillarum. — 35 F, Pars segmenti resecti magnitudine aucta: h, elytron; s, setæ capillaceæ; s'', setæ bipennato-penicillatæ; t, cirrus ventralis; u, setæ serrulatæ; u', setæ aristatæ. — 35 F, Pars segmenti elytris carentis resecta, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 35 G, Setæ magnitudine auctæ: s, s'', u, u' = 35 F. — 35 H^5, Elytron qvintum. — 35 H^1, Elytron primum, magnitudine auctum. — 35 H, Pars elytri, magnitudine aucta. — T. X, 59, E', Maxillæ a latere visæ; E', apices maxillarum antice visi, magnitudine aucta.

Genus PANTHALIS n.

Lobus cephalicus antice tripartitus ad basin tentaculi et pedunculos oculorum formandos. Basis tentaculi pedunculis multo minor. Pharynx exsertilis papillis mediis elongatis, maxillis corpore et tomio 5—8-dentato, elongato, processu brevissimo. Pedes dorsuales et ventrales conjuncti. Cirri tentaculares, dorsuales et buccales tentaculiformes. Cirri dorsuales in segmentis elytris carentibus obvii. Cirri ventrales a media parte pedum orientes, apicem pedum non attingentes, styliformes. Elytra plurima, anteriora plana, posteriora campanulata.

Panthalis Oerstedi n.

Lobus cephalicus cum pedunculis quintam partem palporum longitudine æquans; cirri tentaculares tentaculo longiores; setæ trium ordinum: subulatæ, serrulatæ: bipennato-penicillatæ: aristatæ; papillæ pedum nullæ.

Panthalis Oerstedi Kinb. l. c. p. 387. — Vix agnoscenda Nereis stellifera O. F. Mueller, Z. D. t. LXII, f. 1.

Corpus longitudine 100 m. m., latitudine 14 m. m., depressum, segmentis 80. Lobus cephalicus latus, rotundatus. Pedunculi oculorum longitudinem lobi cephalici æquantes, obtusi. Tentaculum, basi a parte depressa media oriente, apicem pedunculorum superans, tenue, attenuatum, læve. Bases antennarum parum distantes, breves, sub pedunculis oculorum orientes; antennæ pedunculis multo longiores, tenues, attenuatæ, læves. Palpi longi, læves, attenuati, nec subarticulati. Cirri tentaculares duplici longitudini tentaculi æquales, læves, attenuati, pari pedum primo, setis carenti, affixi. Cirri buccales cirris ventralibus proximis duplo longiores. Pharynx exsertilis cylindricus, margine papillis $\frac{13}{13}$: media, supera et infera elongata, tentaculiformi, superiore longiore, reliquis rotundatis, obtusis, et in utraque parte anteriore laterali pone marginem pharyngis plicis binis præditus. Maxillæ corpore elongato, humili, processu brevissimo, corpus non superante, tomio dentato, dentibus brunneis 6—8, compressis, altis. Setæ superiores bipennato-penicillatæ, mediæ aristatæ, inferiores subulatæ, serrulatæ: omnes extrorsum divergentes: superiores et mediæ series perpendiculares, inferiores seriem horizontalem præbentes. Cirri dorsuales, basi humillima, conici, breves, læves, pedibus breviores. Cirri ventrales extra mediam partem pedum orientes, apicem pedum vix attingentes, styliformes. Elytra, paria speciminis nostri 39, tribus anterioribus planis, dorsum tegentibus, superficie et margine lævibus, inverse sive antrorsum imbricatis; par elytrorum tertium pari secundo et quarto

incumbens; reliqua retrorsum imbricata, margine anteriore et externo elevato, campanulata, dorsum medium nudum relinquentia.

Ora occidentalis Sueciæ.

T. VI, 34, **Panthalis Oerstedi.** — 34 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali; m', papilla media supera. — 34 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; b, pedunculi oculorum; d, tentaculum; d', antennæ; f, palpus; gg, par primum pedum. — 34 E, Pars anterior pharyngis exsertilis, magnitudine aucta: m, papilla; m', papilla media superior; m'', papilla media inferior; n, tomium dentatum; n' n'', apices maxillarum. — 34 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: h, elytron; s'', setæ bipennato-penicillatæ; u, setæ serrulatæ. — 34 F', Pars segmenti elytris carentis resecta, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s'', seta bipennato-penicillatæ; t, cirrus ventralis; u, setæ serrulatæ; u', setæ aristatæ. — 34 G, Setæ magnitudine aucta: s'', u, u' = 34 F. — 34 H^5, Elytron quintum. — 34 H^3, Elytron tertium, magnitudine auctum. — 34 H, Pars elytri magnitudine aucta. — T. X, 60. Maxillæ a latere visæ, magnitudine auctæ.

Panthalis gracilis n.

Lobus cephalicus cum pedunculis quarta parte palporum longitudine minor, maxillæ tomio dentato striato; setæ trium ordinum: serrulatæ, subspirales: bipennato-penicillatæ: aristatæ.

Corpus longitudine 24 m. m., latitudine cum setis 6 m. m., depressum, segmentis 52. Lobus cephalicus forma ut in specie præcedenti. Pedunculi oculorum crassi, obtusi nec clavati. Basis tentaculi minima. Palpi longi, attenuati, læves. Cirri tentaculares lobo cephalico cum pedunculis oculorum longiores, pari pedum primo, setis carenti, affixi. Pharynx exsertilis, longitudine 5 m. m., latitudine 3 m. m., cylindricus, margine papillis $\frac{13}{13}$: media, supera et infera, elongata, tentaculiformi, superiore longiore, reliquis rotundatis, obtusis, æqualibus. Maxillæ corpore elongato, humili, tomio dentato, sulcis et jugis a dentibus $\frac{5}{5}$ magnis et compressis oblique orientibus ornatæ. Pedes dorsuales et ventrales conjuncti. Cirri dorsuales, basi minuta, pedibus breviores. Cirri ventrales dorsualibus longiores, acuminati, apicem pedum non attingentes. Elytra, paria 21, superficie et margine lævia, tenuissima.

Mare Atlanticum long. a Greenwich occid. 40° 55', lat. austr. 22° 30', prope Rio Janeiro in fundo 20—30 orgyiarum.

T. X, 61, **Panthalis gracilis.** — 61 E, Pars anterior pharyngis, magnitudine aucta. — 61 E', maxillæ, magnitudine auctæ.

Fam. V. SIGALIONINA.

Genus SIGALION Aud. & Edw.

Corpus longum, angustum. Lobus cephalicus rotundatus, interdum elongatus. Tuberculum faciale nullum. Tentaculum non semper obvium, plerumque longum; parte basali a media parte lobi cephalici producta. Antennæ, cum adsunt, a parte anteriore lobi cephalici vel a basi tentaculi orientes. Oculi quatuor, nonnumquam vero duo vel nulli in speciminibus nostris perspicui. Prope basin tentaculi, in parte anteriore lobi cephalici, fossæ parvæ duæ interdum adsunt rotundatæ, fundo membrana tectæ, auditus fortasse organa. Palpi in speciminibus nostris longi, sensim attenuati, læves. Cirri tentaculares duo in utroque pede paris primi, antrorsum vergente, setis numerosis prædito. Cirri buccales longi, tentaculiformes. Pharynx exsertilis cylindricus, papillis $\frac{9}{9}$, $\frac{11}{11}$ l. $\frac{13}{13}$, papilla media, supera et infera, proximis longitudine æquali; maxillæ corpore elongato, tomio edentato vel dente obsoleto, processu corpore maxillæ breviore. Pedes stylo prædití, dorsuales setis serrulatis, tenuibus, ventrales setis compositis, numero articulorum variabili. Elytra

in segmentis anticis et cirri dorsuales alternantes; segmenta in parte media et postica corporis et elytris et cirris prædita.

Gen. 1. Sthelenais n. — Lobus cephalicus rotundatus; antennæ basi tentaculi validi affixæ; setæ trium ordinum: setaceæ, serrulatæ: serratæ: articulatæ; elytra dorsum tegentia.

Gen. 2. Sigalion (Aud. et M. Edw.). — Lobus cephalicus antice latior; tentaculum nullum; antennæ duæ breves; setæ bidentatæ compositæ et simplices serrulatæ; elytra dorsum obtegentia margine ramoso-fimbriata.

Gen. 3. Leanira n. — Lobus cephalicus rotundatus, sulco medio tentaculum excipiens; antennæ nullæ; setæ superiores serrulatæ, inferiores subulatæ, pectinato-canaliculatæ; elytra anteriora dorsum non omnino tegentia, papillis nullis.

Gen. 4. Psammolyce n. — Lobus cephalicus in basem tentaculi productus; antennæ nullæ; setæ superiores serrulatæ, inferiores compositæ; elytra medium dorsum non tegentia, arenosa, margine fimbriata.

Genus STHENELAIS n.

Lobus cephalicus antice rotundatus, media parte impressa basem tentaculi validi excipiens. Antennæ basi tentaculi affixæ, breves. Pedes dorsuales et ventrales distincti, æquali longitudine: dorsuales setis setaceis serrulatis, ventrales setis superioribus serratis subulatis, interdum bidentatis, inferioribus articulatis, apice bidentato vel serrato. Elytra dorsum totum tegentia.

Sthenelais Helenæ n.

Oculi quatuor æquales distantes; tentaculum dimidiam partem palporum superans, cirris tentacularibus longiusculum; pedes et elytra lævia, par elytrorum primum rotundatum.

Sthenelais Helenæ Kinb. l. c. p. 387.

Corpus latitudine cum setis 3,5 m. m.; segmenta plura quam 50. Lobus cephalicus rotundatus. Oculi distantes, postici pone medium lobo cephalici siti, invicem propiores quam antici. Basis tentaculi lobo cephalico brevior. Tentaculum læve, attenuatum, longitudine duplici lobi cephalici cum basi brevius, dimidiam longitudinem palporum superans. Antennæ basi tentaculi parum longiores, minutæ. Palpi parum elongati, læves, nec articulati. Cirri tentaculares tentaculo breviores. Cirri buccales a basi pedum paris secundi orientes, apicem pedum superantes, attenuati, tenues. Pharynx exsertilis, papillis $\frac{11}{11}$; maxillæ tomio edentato, processu angusto, partem posteriorem corporis maxillæ superante. Pedes dorsuales læves, setis setaceis, serrulatis, tenuissimis. Pedes ventrales setis superioribus subulatis, serratis, inferioribus articulatis, bidentatis, dente longiore unguiculato. Cirri dorsuales apicem pedum attingentes, crassi. Cirri ventrales tenues, apicem pedum non attingentes. Par primum elytrorum rotundatum, reliqua latiora, margine externo ciliato, superficie superiore tuberculis minutis prædita, inferiore papillis nullis; magnitudine sub microscopio amplificata cellulis magnis et corpusculis pigmenti prædita.

Valparaiso, fundo limoso orgyiarum 6—8.

T. VIII, 36, **Sthenelais Helenæ**. — 36 A, Pars anterior corporis superne visa, magnitudine duplici. — 36 B, Pars antica, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antennæ; f, palpus; h, cirri tentaculares; j, par secundum pedum; k, tuberculum elytri paris primi. — 36 F, Pars segmenti resecti: j, cirrus dorsualis; h, elytron; s, setæ pedis dorsualis; u, setæ inferiores pedis ventralis; u'', setæ superiores pedis ventralis; t, cirrus ventralis. — 36 G, Setæ, magnitudine 420:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, u', u'', setæ pedis ventralis. — 36 H', Elytron primum. — 36 H⁵, Elytron quintum, magnitudine aucta. — 36 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

Sthenelais Blanchardi n.

Tentaculum tertia parte palporum brevius, cirris tentacularibus longius; antennæ basem tentaculi non superantes; par primum elytrorum triangulare, margine ciliato.

Corpus latitudine cum setis 7 m.m. Lobus cephalicus late rotundatus. Basis tentaculi lobo cephalico parum brevior. Tentaculum longitudine duplici lobi cephalici cum basi multo brevius, tertiam partem palporum non attingens. Antennæ minutæ, basi tentaculi breviores. Palpi longi, subarticulati. Cirri tentaculares tentaculo multo breviores. Cirri buccales elongati, apicem pedum superantes. Pharynx exsertilis papillis $\frac{11}{11}$ æqualibus, lateralibus minoribus; maxillæ tomio edentato. Pedes dorsuales apice papillis minutis præditi, setis longissimis, setaceis, serrulatis. Pedum ventralium setæ superiores subulatæ, serratæ, inferioribus articulatis, articulis novem vel paucioribus. Cirri dorsuales apicem pedum non attingentes, breves, attenuati. Cirri ventrales longitudinem pedis ventralis æquantes. Elytra lævia: par primum triangulare, margine anteriore et externo ciliis brevibus, reliqua reniformia, margine externo ciliis longioribus; sub microscopio amplificata cellulis magnitudine et forma variantibus.

Valparaiso, inter radices fucorum, fundo arenoso et lapidoso orgyiarum 2—3.

T. VIII, 37, **Sthenelais Blanchardi.** — 37 A, Pars anterior corporis, superne visa, magnitudine naturali. — 37 B, Pars antica, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antenna; g, par primum pedum; h, cirri tentaculares; k, tuberculum elytri sinistri paris primi. — 37 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ inferiores pedis ventralis; u', setæ mediæ pedis ventralis; u'', setæ superiores pedis ventralis. — 37 G, Setæ, magnitudine auctæ: s, seta pedis dorsuales; u, seta inferior pedis ventralis; u', seta media pedis ventralis; u'', seta superior pedis ventralis. — 37 H^5, Elytron quintum. — 37 H', Elytron primum, magnitudine aucta. — 37 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

Sthenelais articulata n.

Oculi quatuor approximati; tentaculum et cirri tentaculares æquali longitudine, dimidia parte palporum breviores; palpi articulati; elytra subtus papillosa; pedes papillis præditi et tuberculis deplanatis.

Sthenelais articulata Kinb. l. c. p. 387.

Corpus longitudine 90 m. m. et ultra, latitudine cum setis 11 m. m., segmentis ultra 160. Lobus cephalicus rotundatus. Oculi anteriores et posteriores approximati, juxta basin tentaculi positi; ante et infra oculos anteriores, ab utroque latere basis tentaculi, fossa rotunda minuta sub microscopio visibilis. Basis tentaculi lobo cephalico multo brevior. Tentaculum scabrum, longitudinem lobi cephalici, cum basi, et dimidiam æquans. Antennæ basi tentaculi breviores. Palpi sexarticulati. Cirri tentaculares tentaculo æquales, scabri. Cirri buccales a basi pedum paris secundi orientes, longitudinen duplicem pedum attingentes. Pharynx exsertilis papillis $\frac{11}{11}$, basi angustiore, lateralibus minoribus; maxillæ processu angusto partem posteriorem corporis maxillæ non superante. Pedes dorsuales apice papillis minutis, superficie superiore tuberculis deplanatis, paucis, magnis, setis tenuissime serrulatis. Pedes ventrales setis superioribus subulatis, serratis, mediis articulatis, articulis elongatis, inferioribus articulo brevi crasso, dente longiore unguiculato. Cirri dorsuales apicem pedum attingentes. Cirri ventrales pedibus breviores. Elytra subtus papillosa: margine antico et externo ciliis brevibus, interno et postico rotundato; sub microscopio amplificata cellulis rotundatis magnitudine variis.

Portus ad Rio de Janeiro, fundo orgyiarum quatuor.

T. VIII, 38, **Sthenelais articulata.** — 38 A, Pars anterior corporis, superne visa, magnitudine naturali. — 38 B, Pars antica, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antenna; f, palpus; g, par primum pedum; h, cirri tentaculares; k, tuberculum elytri dextri paris primi; l, cirrus buccalis. — 38 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: h, elytron; j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ inferiores pedis ventralis; u', setæ mediæ pedis ventralis; u'', setæ superiores pedis ventralis; p, styli. — 38 G, Setæ, magnitudine 420:ies aucta: s, seta pedis dorsualis; u, seta inferior; u', seta media: u'', seta superior pedis ventralis. — 38 H', Elytron primum, magnitudine aucta. — 38 H, Pars elytri magnitudine 300:ies aucta. — T. X, 62 E, Pars anterior pharyngis exsertilis. — 62 E', Maxillæ magnitudine auctæ.

Sthenelais oculata (Peters)?

Oculi æquales, inter se æqualiter distantes, juxta basin tentaculi seti; tentaculum cirris tentacularibus et tertia parte palporum longius; pedes papillati, papillis plurimis, setis inferioribus articulatis, articulo serrato; elytra lævia absque ciliis: par primum reniforme.

? **Sigalion oculatum** Peters; Arch. für Naturg. 1855, p. 38.

Corpus, longitudine 60 m. m. l. ultra, latitudine cum setis 5, segmentis ultra 74. Lobus cephalicus rotundatus, postice latior. Basis tentaculi longitudine lobi cephalici. Tentaculum læve, longitudinem duplicem lobi cephalici cum basi æquans, nec dimidiam partem palporum attingens. Antennæ longitudine basis tentaculi. Palpi elongati, læves, nec articulati. Cirri tentaculares tentaculo multo breviores. Cirri buccales a basi pedum paris secundi orientes, apicem pedum superantes. Pharynx exsertilis, maxillis tomio edentato. Pedes papillis cirrosis; dorsuales setis setaceis, serrulatis; ventrales setis superioribus subulatis, serratis, inferioribus articulatis, articulo serrato, stylis pedum ventralium binis. Cirri dorsuales breves, attenuati, granulati, apicem pedum non attingentes. Cirri ventrales apicem pedum attingentes, attenuati, læves. Elytra lævia, ciliis et papillis carentia: paris primi margine antico interno incisa, reniformia; sub microscopio cellulis et corpusculis pigmenti prædita.

Mossambique, unde retulit G. v. Dueben.

T. VIII, 39, **Sthenelais oculata.** — 39 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d', antenna; f, palpus; h, cirri tentaculares. — 39 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: h, elytron; j, cirrus dorsualis; p, p, styli; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ inferiores pedis ventralis; u'', setæ superiores pedis ventralis. — 39 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta inferior; u'', seta superior pedis ventralis. — 39 H', Elytron primum, magnitudine aucta. — 39 H[13], Elytron tredecimum.

Sthenelais lævis n.

Oculi quatuor semilunares in bulbis duobus semiglobosis juxta basin tentaculi collocati; antennæ basi tentaculi breviores; palpi longi, articulati; setæ pedum dorsualium setaceæ, serrulatæ et articulatæ.

Corpus longitudine 20 m. m. l. ultra, latitudine cum setis 4 m. m. segmenta plura quam 36. Lobus cephalicus rotundatus, fossis binis minutis, rotundatis, inter bulbos oculi et basin tentaculi positis præditus. Tentaculum in specimine nostro deest. Cirri tentaculares læves, attenuati. Cirri buccales a basi pedum paris secundi orientes, apicem pedum superantes. Apex pedum papillis minutis præditus: pedes dorsuales setis setaceis, serrulatis et articulatis, bidentatis, ventrales setis bidentatis, articulatis, numero et magnitudine articulorum variabili. Cirri dorsuales attenuati, læves, ventralibus longiores. Cirri ventrales pedibus parum breviores. Elytra reniformia, lævia, cellulis rotundatis, minutis, ciliis et papillis nullis.

Insula Eimeo maris pacifici inter corallia prope littus, summa aqva.

T. VIII, 40, **Sthenelais lævis.** — 40 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, basis tentaculi; d, antenna; f, palpus; h, cirri tentaculares. — 40 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: j, cirrus dorsualis; p, p, styli; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ inferiores pedis ventralis; u', setæ mediæ pedis ventralis; u', setæ superiores pedis ventralis; s u = 40 G, s u. — 40 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta inferior; u', seta media; u'', seta superior pedis ventralis; s u = 40 G, s u: seta inferior pedis dorsualis et superior pedis ventralis.

Genus SIGALION (Aud. et M. Edw.).

Lobus cephalicus antice latior, sulco nullo. Tentaculum nullum. Antennæ binæ, breves, papilliformes, parti anteriori lobi cephalici affixæ. Oculi distantes. Pedes distincti, dorsuales setis serrulatis, ventrales fasciculis binis setarum, quarum superiores breviores et validiores. Elytra dorsum totum obtegentia, lævia, margine externo ramoso-fimbriata.

Typus Sigalion Mathildæ Aud. et M. Edw.

Sigalion Edwardsi n.

Lobus cephalicus postice rotundatus, oculis ante medium sitis; cirri tentaculares quintam partem palporum æquantes; pedes ventrales cirris ventralibus breviores, papillis præditi et tuberculis deplanatis.

Sigalion Edwardsi Kinb. l. c. p. 387.

Corpus longitudine 50 m. m. et ultra, latitudine cum setis 7 m. m., segmentis pluribus quam 70. Lobus cephalicus antice latior. Oculi duo parvi distantes, in parte anteriore lobi cephalici siti. Tentaculum nullum. Antennæ papilliformes, minutæ, ante oculos sitæ. Palpi longi, attenuati. Cirri tentaculares tenues, læves, æquales. Cirri buccales longi, tenues, læves. Pharynx exsertilis papillis $\frac{13}{13}$ fere æqualibus et tuberculis tribus minutis inter papillas et apices maxillæ superne et inferne positis, præditus; maxillæ tomio edentato processibus brevibus, partem posteriorem corporis maxillæ non superantibus. Pedes papillis et tuberculis deplanatis præditi; dorsuales elongati, setis tenuissimis, serrulatis, bidentatis; pedes ventrales dorsualibus breviores, setis superioribus articulatis, infra articulum transverse striatis, crassis, brevibus, inferioribus articulis pluribus, tenuibus. Cirri dorsuales breves, obtusi, pedibus dorsualibus breviores. Cirri ventrales tenues, pedes ventrales superantes. Elytra in segmentis 2, 4, 5, 7 . . . . . 27, 28, 29 . . . obvia, margine externo ramoso-fimbriata, lævia: sub microscopio 300:ies amplificata cellulis sparsis, minutis prædita.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo petroso et arenoso 40—50 orgyiarum.

T. IX, 41, **Sigalion Edwardsi.** — 41 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 41 B, Pars antica, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; f, palpus; d′, antenna; g, par primum pedum; h, h, cirri tentaculares, g′, par secundum pedum; k, tuberculum elytri dextri paris primi. — 41 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: h, elytron; p, styli; j, cirrus dorsualis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ superiores pedis ventralis; u′, setæ inferiores pedis ventralis. — 41 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta superior pedis ventralis; u′, seta inferior pedis ventralis. — 41 H′, Elytron primum, magnitudine aucta. — 41 H, Pars elytri magnitudine 300:ies aucta. — T. X, 63, E, Pars anterior pharyngis exsertilis. — 63 E′, Maxillæ magnitudine auctæ.

Genus LEANIRA n.

Lobus cephalicus rotundatus, media parte impressa tentaculum mediocre excipiens. Antennæ nullæ. Pedes distincti, setis ordinum binorum, dorsuales setis serrulatis, ventrales setis validioribus compositis subulatis, apice pectinato-canaliculatis. Elytra, partem anteriorem mediam dorsi non omnino tegentia, lævia, papillis carentia.

Leanira Quatrefagesi n.

Oculi juxta basem tentaculi minuti; palpi longissimi; pedes papillis præditi filiformibus; cirri ventrales breves.

Leanira Quatrefagesi Kinb. l. c. p. 388.

Corpus longitudine 75 m. m. et ultra, latitudine cum setis 6 m. m., segmentis 96 vel plura. Lobus cephalicus rotundatus, medio pro tentaculo depresso. Tentaculum lobo cephalico parum longius. Oculi duo juxta tentaculum siti. Palpi longi, læves, attenuati. Cirri tentaculares inæquales: interni parvi, dimidiam partem tentaculi longitudine æquantes, externi tentaculo duplo longiores. Pedes paris primi papillam elytriformem, papillas nonnullas cirrosas, setas capillares et stylum ferentes. Cirri buccales validi, pedibus longiores. Pharynx exsertilis papillis $\frac{11}{11}$ fere æqualibus, humilibus; maxillæ tomio edentato, processu brevi, angusto, partem posteriorem corporis maxillæ non superante. Pedes papillis præditi filiformibus: dorsuales et ventrales longitudine æquales; dorsuales setis spiraliter serrulatis, ventrales setis compositis, subulatis, pectinato-canaliculatis, validis, longis. Cirri dorsuales breves, obtusi. Cirri ventrales infra apicem attenuatum, apicem pedum non attingentem, inflati. Elytra lævia, ciliis et papillis carentia, ovalia: sub microscopio 300:ies amplificata cellulis nullis, sed corpusculis parum perspicuis minutissimis prædita.

Mare atlanticum extra ostium fluvii la Plata, fundo arenoso nigro 52 orgyiarum.

T. IX, 42, **Leanira Quatrefagesi.** — 42 A, Animal, superne visum, magnitudine naturali. — 42 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: d, tentaculum; f, palpus; h, cirri tentaculares; i, par secundum pedum; k, tuberculum elytri dextri paris primi. — 42 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: h, elytron; j, cirrus dorsualis; p, styli; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 42 G, Setæ, magnitudine 233:ies aucta: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 42 H′, Elytron primum, magnitudine aucta. — 42 H^5, Elytron quintum. — 42 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta. — T. X, 64 E, Pars anterior pharyngis exsertilis. — 64 E′, Maxillæ, magnitudine auctæ.

Genus PSAMMOLYCE n.

Lobus cephalicus antice in basem crassam tentaculi longi productus. Antennæ nullæ. Pedes dorsuales minuti et, sicut ventrales breves, sub elytris occulti. Setæ pedum dorsualium gracillimæ serrulatæ, pedum ventralium validæ, apice bidentato-fissæ. Elytra medium dorsum non tegentia, arenosa, margine longe fimbriata.

Huc Psammolyce Herminiæ (Sigalion) Aud. et M. Edw. pertinet.

Psammolyce Petersi n.

Lobus cephalicus postice latus; oculi quatuor, quorum postici majores, inter se remotiores; tentaculum et cirri tentaculares longiores, fere æquali longitudine; setæ pedum ventralium bidentatæ, apice curvato.

Psammolyce Petersi Kinb. l. c. p. 388.

Corpus latum, depressum, longitudine 65 m. m., latitudine 9 m. m.; segmenta plura quam 70. Lobus cephalicus postice latus. Basis tentaculi crassa, conica, lobo cephalico longior. Tentaculum longitudinem lobi cephalici cum basi et dimidiam æquans, dimidiam partem palporum attingens. Palpi parum elongati. Cirri tentaculares inæquales: longiores tentaculo parum breviores. Cirri buccales elongati, tenues. Pharynx exsertilis papillis $\frac{9}{9}$ conicis, lateralibus reliquis parum minoribus; maxillæ tomio edentato, processu angusto, partem posteriorem corporis maxillæ superante. Pedes dorsuales minuti, setis gracillimis, serrulatis. Pedes ventrales, setis compositis, validis, bidentatis, dente longiore unguiculato. Cirri dorsuales minuti. Cirri ventrales tenues pede breviores. Elytra, in segmentis 2, 4, 5, 7, ... 27, 28, 29 . . . . . longe fimbriata, paris primi margine interno et antico recto, sub microscopio cellulis magnis, rotundatis prædita.

Mossambique, unde retulit G. v. Dueben.

T. IX, 43, **Psammolyce Petersi.** — 43 A, Animal superne visum, magnitudine naturali. — 43 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, basis tentaculi; d, tentaculum; f, palpus; g, par primum pedum; h, cirri tentaculares; k, tuberculum elytri dextri paris primi; l, cirrus buccalis. — 43 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: p, styli; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 43 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 43 H^5, Elytron quintum. — 43 H′, Elytron primum, magnitudine aucta. — 43 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

Psammolyce flava n.

Lobus cephalicus postice angustus; oculi duo ad basin tentaculi, cirros tentaculares superantes; setæ pedum ventralium versus apicem extimum aduncum attenuatæ, scissura profunda, lineari.

Psammolyce flava Kinb. l. c. p. 388.

Corpus gracile, cylindricum, latitudine 6 m. m. Lobus cephalicus rotundatus. Oculi duo magni parum perspicui juxta basin tentaculi. Basis tentaculi postice lata, attenuata, longitudinem duplicem lobi cephalici æquans. Tentaculum longissimum, longitudini duplici lobi cephalici cum basi æquale, cirris tentacularibus longius. Palpi longi, tentaculo longiores. Cirri tentaculares inæquales. Cirri buccales longi, tenues. Pharynx exsertilis papillis $\frac{11}{11}$ conicis, lateralibus minutis, maxillis tomio edentato, processu angusto, brevi, partem posteriorem corporis maxillæ non superante. Pedes dorsuales minuti, setis gracillimis, serrulatis. Pedes ventrales, setis compositis, brevibus, apice bidentato-fisso, unguiculato, attenuato. Cirri dorsuales bre-

vissimi. Cirri ventrales longi, attenuati. Elytra: paris primi margine anteriore et externo arcuato, margine interno inciso, postice angusta, elongata: paria posteriora margine anteriore fere recta, nuda, posteriore arcuata, fimbriata: sub microscopio cellulis magnis, rotundatis.

Mare atlanticum long. a Greenwich occid. 40° 55′, lat. austr. 22° 30′, prope Rio Janeiro in fundo 20—30 orgyiarum.

T. IX, 44, **Psammolyce flava.** — 44 A, Pars anterior corporis superne visa, magnitudine naturali. — 44 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, basis tentaculi; d, tentaculum; f, palpus; h, h, cirri tentaculares; g, par primum pedum; l, cirrus buccalis. — 44 F, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 44 F′, Pars segmenti resecti, magnitudine aucta: h, elytron; j, cirrus dorsualis. — 44 G, Setæ, magnitudine 233:ies auctæ: s, seta pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 44 H′, Elytron primum, magnitudine auctum. — 44 H[16], Elytron sedecimum. — 44 H, Pars elytri, magnitudine 300:ies aucta.

II. AMPHINOMEA.

Amphinomæ Savigny, ex parte.

Os inferum, segmentis anterioribus formatum; pharynx exsertilis nec papillis nec maxillis instructus; lobus cephalicus oculis sessilibus et caruncula præditus. Branchiæ et cirri non alternantes.

Genera Chloeia, Notopygus, Amphinome et Euphrosyne auctorum huc pertinent; reliqua vero, nec satis cognita nec cum illis congruentia, excludenda.

Fam. I. Amphinomacea. Lobus cephalicus rotundatus, tentaculo præditus; antennæ duæ; palpi duo antenniformes; branchiæ segmentorum binæ; pedes dorsuales et ventrales distincti.

Fam. II. Euphrosynea. Lobus cephalicus compressus; antennæ et palpi nulli; branchiæ in segmento quoque plures; pedes cristæformes, transversi.

Fam. I. AMPHINOMACEA.

Gen. 1. Chloeia Sav. — Corpus ovale; caruncula elongata; branchiæ bipennatæ; setæ pedum dorsualium serratæ, pedum ventralium bifidæ.

Gen. 2. Notopygus Grube. — Corpus ovale; caruncula elongata; branchiæ cirratæ; setæ pedum dorsualium et ventralium bifidæ.

Gen. 3. Lirione n. — Corpus elongatum; antennæ a lobo cephalico, palpi a segmento primo orientes; caruncula elongata; cirri dorsuales utrinque bini; setæ omnes conformes, bifidæ, læves.

Gen. 4. Amphinome (Brug.). — Corpus longum; caruncula parva cordiformis; setæ pedum dorsualium aliæ subulatæ, serratæ, aliæ lineares, læves, ventralium uncinatæ.

Gen. 5. Hermodice n. — Corpus longum; caruncula magna, utrinque alata lobis foliaceis; setæ pedum dorsualium aliæ subulatæ, serratæ, aliæ lineares, læves, ventralium apice serratæ.

Gen. 6. Eurythoe n. — Corpus longum; caruncula mediocris, minute lobata; setæ pedum dorsualium aliæ lineares, subarticulatæ, aliæ subbifidæ, serratæ, ramo altero brevissimo, l. rarius earum loco lineares; ventralium bifidæ.

Gen. CHLOEIA Sav.

Corpus ovale, segmentis ovalibus; antennæ et palpi a segmento primo orientes; caruncului elongatus; branchiæ bipennatæ ab apice pedum remotæ; cirrus dorsualis pedis unicus; setæ pedum dorsualium serratæ; pedum ventralium bifidæ; appendices anales binæ.

Chloeia flava Pall.

Flera stora, hvarandra ganska närstående arter förekomma, men utaf Pallas' beskrifning kan ej bestämmas hvilken af dessa arter, som han undersökt. Hans specimen var från Bengalen, derifrån äfven antagligen de specimina, som finnas å Stockholms Riksmuseum förskrifva sig. Vi hafva derföre uti Eugenies resa afbildat och beskrifvit dem under detta namn. Ett skäl dertill funno vi deruti, att M. Edwards uti Cuviers *Règne Animal Illustr.* 3:dje editionen, lemnade en afbildning, som i det närmaste öfverensstämde med våra specimina.

T. XI, 1, **Chloeia flava.** — 1 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta — d, tentaculum, d′, antennæ; e′, carunculus; ff, palpi; j, cirrus dorsualis annuli setigeris primi; t, cirrus ventralis annuli ejusdem. — 1 C, Pars anterior subtus visa: a′, segmentum buccale primum; a″, segmentum primum setigerum; d′, antennæ; ff, palpi; o, orificium oris. — 1 D, Pars anterior, latus sinistrum: a, lobus cephalicus; a (subtus) pharynx exsertilis; a′, segmentum buccale primum; d, tentaculum, d′ antennæ; f, palpi. — 1 F, Pars dextra segmenti postice visa; h, branchia; j, cirrus dorsualis; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; s, setæ pedis dorsualis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 1 G, Setæ magnitudine auctæ: s, seta dorsualis; u, seta ventralis. — 1 X, Segmenta posteriora: h, branchia; y, appendices anales.

Chloeia candida n.

Oculi æquales, posteriores distantes, tentaculum caruncului longitudine, antennis et palpis longius; caruncului elevatus, supra planus, utrinque plicis decurrentibus; setæ pedum dorsualium superiores serratæ, inferiores bifidæ, ramo longiore extus serrato; long. 15 m.m., lat 6 m.m.

Hab. ad insulam S:t Thomas, unde retulit D. Werngren.

T. XI, 2, **Chloeia candida.** — 2 A, Animal superne visum magnitudine duplice. — 2 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; a′, segmentum buccale cum d′, antennis, et ff, palpis; d, tentaculum; e′, carunculus; h, branchia; jj, cirri dorsuales. — 2 C, pars antica subtus visa; a′, segmentum buccale primum; d′, antennæ; ff, palpi; a″ a‴, segmenta 2 et 3; tt, cirri ventrales; o, orificium oris. — 2 X, pars posterior corporis cum cirris dorsualibus et branchiis; j, cirri dorsuales; y, appendices anales. — 2 F, Pars dextra segmenti resecta postice visa: q, pes dorsualis; s & s′, setæ pedis dorsualis; j, cirrus dorsualis; r, pes ventralis cum cirro ventrale t; u, setæ pedis ventralis. — 2 G, Setæ auctæ: s & s′, setæ pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis.

Gen. NOTOPYGUS Grube.

Corpus ovale, segmentis ovalibus magnis; lobus cephalicus depressus; antennæ et palpi a segmento primo orientes; caruncului elongatus; branchiæ cirratæ ad apicem pedum dorsualium; cirrus dorsualis pedis unicus, setæ pedum dorsualium bifidæ, ramo longiore intus leviter serrato; appendices anales binæ.

Notopygus crinitus Grube.

Specimina, quæ adsunt juniora: Corpus cum setis longitudine 12 m. m., latitudine 6 m. m.; segmenta 19 (in specimine Grubei 28); oculi æquales, posteriores distantes; tentaculum tertiam partem caruncului longitudine æquans, antennis et palpis vix longius; caruncului segmentum septimum attingens, sulco longitudinali præditus, humilis, plicis profundis utrinque 9-lobatus. — Anus in speciminibus nostris non dorsualis, unde juniora videntur; in Amphinomeis adultis semper fortasse dorsualis.

Hab. mare atlanticum juxta insulam S:t Helena in fundo argillaceo 80 orgyiarum.

T. XI, 3, **Notopygus crinitus.** — 3 A, Animal bis auctum, superficies dorsualis. — 3 B, Pars anterior superne visa: a; lobus cephalicus, a', segmentum buccale primum; d, tentaculum; d' d', antennæ; e, caruncolus; ff, palpi. — 3 C, Pars anterior subtus visa: a', segmentum buccale primum; d, tentaculum; d', antennæ; ff, palpi; o, orificium oris. — 3 D, Pars antica, sinistra: a, lobus cephalicus et segmentum buccale primum; d, tentaculum; d', antennæ; e', caruncolus; f, palpi; g, pes dorsualis; r, pes ventralis. — 3 F, Segmentum resectum: q, pes dorsualis; r, pes ventralis; j, cirrus dorsualis, t, cirrus ventralis; s, setæ pedis dorsualis; u, setæ ventrales. — 3 G: Setæ auctæ: ss, setæ pedis dorsualis, u u', setæ pedis ventralis. — 3 X, Pars posterior superne visa cum cirris dorsualibus; y, appendices anales.

Gen. LIRIONE n.

Corpus elongatum, segmentis ovalibus magnis; lobus cephalicus rotundatus, elevatus; antennæ a lobo cephalico, palpi a segmento primo orientes; caruncolus elongatus; branchiæ, ramis filiformibus, prope apicem pedum dorsualium; cirri dorsuales utrinque bini; setæ omnes conformes, bifidæ, læves; appendices anales binæ.

Lirione splendens n.

Oculi æquales, maximi; tentaculum dimidiam partem carunculi longitudine fere æquans; caruncolus segmentum sextum attingens, crista media alta laminaque laterali tenui transversim striata ornatus, segmentis 2:o—6:o adnatus; segmenta 31; long. 50 m.m., lat. 11 m.m.

Hab. juxta Tahiti ad Papieti fundo pedis inter corallia.

T. XI, 4, **Lirione splendens.** — 4 A, Animal superne visum, magnitudine naturali. — 4 B, Pars antica superne visa magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; a', b, segmentum buccale; d, tentaculum; d' d', antennæ; ff, palpi; j j', cirri dorsuales. — 4 D, D, Pars antica antrorsum et a latere sinistro visa; e' e, caruncolus; a, lobus cephalicus; g, pes setigerus, cum cirris dorsualibus; d, tentaculum; d', antennæ; ff, palpi. — 4 F, Pars dextra segmenti: h, branchia; q, pes dorsualis; j, cirrus dorsualis longior; j', cirrus dorsualis brevior; s, setæ pedis dorsualis; r, pes ventralis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 4 X, Pars posterior superne visa; y, appendices anales.

Lirione maculata n.

Corpus antice rotundatum, postice attenuatum, maculosum; oculi anteriores majores, approximati; tentaculum dimidia parte carunculi brevius; caruncolus segmentum septimum attingens, segmentis 2—4 adnatus; segmenta 18; long. cum set. 20 m.m., lat. 7 m.m.

Hab. oras insularum juxta Panama.

T. XI, 5, **Lirione maculata.** — 5 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; d, tentaculum; d' d', antennæ; ff, palpi; e, pars carunculi; jj, cirri dorsuales. — 5 C, Pars anterior subtus visa: a, segmentum buccale primum, d, tentaculum; d' d', antennæ; ff, palpi; t, cirri ventrales. — 5 F, Pars segmenti: h, branchia; q, pes dorsualis; jj, cirri dorsuales; s, setæ pedis dorsualis; r, pes ventralis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 5 G, Seta. — 5 X, Pars posterior superne visa.

Gen. AMPHINOME (Brug.).

Corpus longum, depressum, segmentis rectangulis; lobus cephalicus minutus, carunculo parvo cordiforme tectus; antennæ et palpi a segmento primo orientes; branchiæ a segm. 3:o l. 4:o incipientes, ramis filiformibus; cirrus dorsualis cujusque pedis unicus; setæ pedum dorsualium aliæ subulatæ, serratæ, aliæ lineares læves, ventralium uncinatæ, crassæ, breves, parum numerosæ; anus dorsualis.

Amphinome vagans (Sav.).

Caruncolus segmentum tertium attingens, punctato-maculosus; antennæ a tentaculo remotæ, invicem distantes; branchiæ a segmento 3:o incipientes, sessiles, cirratæ; segmenta 34; setæ lineares arcuatæ.

Hab. mare atlanticum, lat. austr. 5°, long. occ. 50°, D. Schlör.

T. XI, 6. **Amphinome vagans.** — 6 A, Animal superne visum magnitudine duplice. — 6 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: a, lobus cephalicus et segmentum buccale; d, tentaculum; d′, antennæ; f, palpi; b, oculi; e′, caruneulus; jjj, cirri dorsuales. — 6 C, Pars anterior subtus visa: a, segmentum buccale; d, apex tentaculi; d′, antennæ; f, palpi; t, cirri ventrales; o, orificium oris. — 6 D, Pars anterior, latus sinistrum: a, lobus cephalicus; a′, segmentum buccale; d, tentaculum; d′, antennæ; e, caruneulus; f, palpi; jj, cirri dorsuales; tt, cirri ventrales. — 6 F, Pars segmenti: q, pes dorsualis; h, branchia; j, cirrus dorsualis; s s′, setæ pedis dorsualis; r, pes ventralis; t, cirrus ventralis; u, setæ ventrales. — 6 G, s, s′, setæ pedis dorsualis; u, setæ pedis ventralis. — 6 X, Pars posterior superne visa; h, branchia; jj, cirri dorsuales.

Amphinome Luzoniæ n.

Carunculus segmentum tertium non attingens; antennæ, a tentaculo remotæ, invicem distantes; branchiæ ramosæ a segmento 4:o incipientes pedunculo gracili; segmenta 34; setæ lineares arcuatæ; anus dorsualis orificio longitudinali.

Hab. ad litora occidentalia Luzoniæ, D. Werngren.

T. XI, 7, **Amphinome Luzoniæ:** 7 A, Animal superne visum magnitudine duplice. — 7 B, Pars anterior superne visa; a′, lobus cephalicus et segmentum buccale; b, carunculus; d, tentaculum; d′, antennæ; ff, palpi; h, branchia; jjj, cirri dorsuales. — 7 C, pars anterior subtus visa; d, tentaculum; d′ d′, antennæ; ff, palpi; jjj, cirri ventrales; o, orificium oris. — 7 D, Pars anterior, latus sinistrum; a′, segmentum buccale; d, tentaculum; e, carunculus; d′, antennæ; f, palpi; j, cirrus dorsualis; t, cirrus ventralis. — 7 F, Pars dextra segmenti postice visa; j, cirrus dorsualis; h, branchia; q, pes dorsualis; r, pes ventralis; t, cirrus ventralis; u, setæ pedis ventralis. — 7 G, Setæ auctæ; s s′, setæ pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 7 X, Pars posterior superne visa.

Gen. HERMODICE n.

Corpus longum, depressum, segmentis rectangulis; lobus cephalicus magnus, rotundatus, caruncula magno, utrinque alato lobis foliaceis. Antennæ et palpi a segmento secundo incipientes, cirrus dorsualis cujusque pedis unicus; setæ pedum dorsualium aliæ subulatæ, serratæ, aliæ lineares læves, ventralium apice serratæ.

Hermodice striata n.

Segmenta buccalia tria; branchiæ minutæ sessiles; setæ pedum dorsualium serratæ dentibus appressis uncinatis, setæ pedum ventralium lineares apice serratæ; dorsum striatum.

Hab. inter corallia juxta litora insulæ Eimeo maris pacifici.

T. XII, 8, **Hermodice striata.** — 8 B, Pars anterior superne visa. — 8 B′, Eadem. — 8 B″, Eadem. — 8 C, Eadem subtus visa. — 8 D, Pars anterior, latus sinistrum. — 8 F, Pars segmenti postice visa. — 8 G, Setæ: s, s′, s″ setæ pedis dorsualis auctæ; u, seta pedis ventralis aucta.

Gen. EURYTHOE n.

Corpus longum, depressum, segmentis rectangulis; lobus cephalicus magnus rotundatus, caruncula mediocri, minute lobato; antennæ et palpi a segmento primo orientes; cirrus dorsualis unicus; setæ pedum dorsualium aliæ lineares subarticulatæ, aliæ subbifidæ, serratæ ramo altero brevissimo, l. rarius, earum loco, lineares; ventralium bifidæ. Branchiæ in nostris inde a segmento tertio.

Eurythoë chilensis n.

Segmenta buccalia tria; oculi anteriores majores; tentaculum antennis brevius; carunculus elongatus, flexuosus, segmentum quintum attingens, postice attenuatus; setæ pedum dorsualium paucæ, apice longo, reliquæ apice intus subserratæ; setæ pedum ventralium superiores apice longissimo serrato, in-

feriores validæ apice subserrato; branchiæ humiles, cirratæ; segmenta 53—60 brevia; long. 25 m.m.; lat. 2,5 m.m., cum setis 4 m.m.; segmento ultimo globoso, ano terminali.

Hab. oras juxta Valparaiso fundo 7 org.

T. XII, 9, **Eurythoë chilensis.** — 9 A, animal superne visum. — 9 B, Pars anterior superne visa. — 9 B'', Pars antica adversa. — 9 C, Eadem subtus visa. — 9 D, Eadem, latus sinistrum. — 9 F, pars dextra segmenti postice visa. — 9 G, s s' s'', setæ pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 9 X, Pars posterior superne visa. — 9 X', Pars posterior subtus visa.

Eurythoë capensis n.

Segmenta buccalia quatuor; oculi æquales; carunculus ovalis, postice latior, segmentum quartum superans, sacciformis nec lobatus; setæ pedum dorsualium subbifidæ, levissime serratæ, ventralium glabræ; branchiæ humiles parum ramosæ; cirrus dorsualis setis brevior, basi incrassata; segmenta 65—67; long. 115 m.m., lat. 9 m.m., cum setis 12 m.m.; anus dorsualis, segmenta ultima quatuor sursum recurva.

Hab. ad Caput Bonæ Spei, J. A. Wahlberg.

T. XII, 10, **Eurythoë capensis.** — 10 B, Pars anterior superne visa. — 10 F, Pars segmenti postice visa, cum branchiis. — 10 G, ss', setæ pedis dorsualis; u, seta pedis ventralis.

Eurythoë pacifica n.

Segmenta buccalia quatuor; carunculus segmentum quartum attingens, ovalis, antice incisus, utrinque septemlobatus; setæ pedum dorsualium aliæ læves, aliæ tenuissime serratæ, ventralium læves, unica tenuiore; branchiæ humiles ramis linearibus; cirri dorsuales setis breviores; segmenta 85—105; long. 160 m.m., lat. 7 m.m. cum setis 10 m.m.; anus dorsualis.

Hab. litora insularum Eimeo et Foua maris pacifici inter corallia.

T. XII, 11, **Eurythoë pacifica.** — 11 A, Animal superne visum, magnitudine naturali. — 11 B, Pars anterior superne visa. — 11 C, Eadem subtus visa. — 11 D, Eadem, latus sinistrum. — 11 D', Eadem pharynge exserta, latus sinistrum. — 11 F, Pars segmenti. — 11 v, Branchia magnitudine aucta. — 11 G, Setæ: s s s', setæ pedis dorsualis 400:ies auctæ; u u', setæ pedis ventralis 220:ies auctæ.

Eurythoë corallina n.

Segmenta buccalia tria; carunculus antice rotundatus utrinque quinquelobatus, segmentum quartum attingens, ovalis, depressus; setæ pedum dorsualium subbifidæ tenues, ventralium subserratæ et tenues; branchiæ breviter pedunculatæ; segmenta 48; long. 11 m.m., lat. 1,5 m.m., cum setis 2,5 m.m.

Hab. inter corallia insularum Eimeo, Tahiti et Oahu, juxta Honolulu, maris pacifici.

T. XII, 12, **Eurythoë corallina.** — 12 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 12 C, Eadem subtus visa. — 12 D, Eadem, latus sinistrum. — 12 F, Pars segmenti postice visa. — 12 V, Branchia aucta. — 12 G, Setæ 600:ies auctæ; s s', setæ pedis dorsualis; u, setæ pedis ventralis.

Eurythoë Kamehameha n.

Segmenta buccalia quatuor, carunculus ovalis sacciformis, segmentum quintum attingens; oculi anteriores majores; setæ longissimæ, pedum dorsualium aliæ lineares aliæ subbifidæ, levissime serratæ; pedum inferiorum læves; branchiæ minutæ; segmenta 40, et ultra; long. 10 m.m., lat. 1,5 m.m. cum setis 4,5 m.m.

Hab. inter corallia mortua in fundo 2 org. portus urbis Honolulu.

T. XII, 13, **Eurythoë Kamehameha.** — 13 C, Pars anterior subtus visa. — 13 F, Pars segmenti postice visa. — 13 G, Setæ: s s', pedis dorsualis; u u, pedis ventralis.

Fam. II. EUPHROSYNEA.

Lobus cephalicus compressus; antennæ et palpi nulli; branchiæ in segmento quoque plures; pedes cristæformes, transversi.

Gen. EUPHROSYNE Sav.

Corpus ovale, segmentis utrinque rotundatis; caruncuhis elongatus; branchiæ ramosæ; setæ bifidæ: pedum dorsualium læves, ventralium ramis intus serratis; anus dorsualis orificio longitudinali, appendicibus duabus.

Euphrosyne capensis n.

Caruncuhis, parte anteriore semiglobosa, tentaculum parvum quasi formante, angustus, carinatus, lamina marginatus segmentum octavum attingens; oculi superiores ante carunculum siti, obliqui, inferiores inter pedes paris primi deorsum spectantes, minores; cirri dorsuales et ventrales breves; branchiæ pone setas pedis dorsualis cujusque sitæ, undecim, breviores, ramis apice dilatatis, externæ minutæ; segmenta 57; long. 43 m.m.; lat. 11 m.m.

Hab. litora scopulosa juxta urbem Cap.

T. XII, 14 **Euphrosyne capensis.** — 14 A, Animal superne visum magnitudine naturale. — 14 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 14 C, Pars anterior subtus visa. — 14 F, Pars dextra segmenti. — 14 G, Setæ magnitudine 250:ies auctæ: s, seta dorsualis; u, seta pedis ventralis. — 14 v, branchia aucta.

III. EUNICEA.

Eunicæ Savigny.

A. Partes labii inferioris coadnatæ, longitudine maxillarum, quarum par I lamina præditum est.

Fam. I. Onuphiæa n. Maxillæ 7, paris I:i edentatæ; tentacula 5; antennæ 2; palpi 2; segmentum buccale unicum.

Fam. II. Eunicea n. Maxillæ 7—9, paris I:i edentatæ; tentacula 5; nec antennæ nec palpi; segmenta buccalia bina.

Fam. III. Lycidicea n. Maxillæ 7, paris I:i edentatæ; tentacula 3; nec antennæ nec palpi; segmenta buccalia bina.

Fam. IV. Ninoidea n. Maxillæ 8, paris I:i edentatæ; paris III:i et IV:i fere æquales; tentacula nulla vel tuberculiformia; segmenta buccalia bina; branchiæ terminales.

Fam. V. Lumbriconereida. Maxillæ 8, paris I:i edentatæ; tentacula tuberculiformia aut nulla; brachiæ veræ nullæ.

Fam. VI. Lysaretea n. Maxillæ 10, paris I:i dentatæ; tentacula tria.

B. Partes labii inferioris coadnatæ, maxillis breviores, quarum par I radicibus longissimis præditum est.

Fam. VII. Oenonidea n. Maxillæ 9—12; branchiæ foliosæ.

Fam. VIII. Laidea n. Maxillæ 10 (8); tentacula nulla; branchiæ cirrosæ, mammillæformes vel nullæ.

C. Partes labii inferioris separatæ, maxillis breviores; quarum par I radicibus longissimis præditum est.

Fam. IX. Larandidea n. Maxillæ 8; paris I:i dentatæ.

D. Partes labii inferioris fissæ, seriebus maxillarum breviores; radices maxillares breves.

Fam. X. Staurocephalea n. Maxillæ numerosissimæ, series 4 laterales fingentes, dentatæ.

Fam. I. ONUPHIÆA n.

Maxillæ 7, paris I:i edentatæ; tentacula 5; antennæ 2; palpi 2; segmentum buccale unicum.

Branchiæ { plumosæ . . . . Diopatra.
Branchiæ { pectiniformes l. cirriformes . . . . . . Onuphis.

Gen. DIOPATRA Aud. et Edw.

Diopatra Leuckarti n.

Antennæ bases tentaculorum longitudine æquantes; palpi inflati, transversi; lamina maxillaris lata, incisura externa minuta, angulis posterioribus obtusis; branchiæ anteriores basi annulatæ, radiis longissimis.

Insula Oahu maris pacifici, inter corallia mortua fundo pedis, satis frequens.

T. XIII, 1, **Diopatra Leuckarti.** 1 B, Pars anterior, superne visa magnitudine aucta: a, lobus cephalicus; c, c', bases tentaculorum; d, tentaculum impar; d', tentacula superiora; d'', tentacula inferiora; ff, antennæ; h h, cirri tentaculares; j, cirrus dorsualis paris primi pedum; v v, branchiæ. — 1 C, Pars anterior subtus: e e, palpi; e' e', maxillæ inferiores; e''', maxillæ laterales; j, cirrus dorsualis. — 1 E, Maxillæ superiores et inferiores. — 1 F, Partes laterales segmentorum resectæ: 1 F 20, 30, 50, segmenti vicesimi, tricesimi et quinquagesimi; j, cirrus dorsualis; t, cirrus ventralis: v. branchia. — 1 G, Setæ, magnitudine 300:ies auctæ: s, s', superiores; u, u', inferiores.

Diopatra viridis n.

Antennæ basi tentaculorum breviores; palpi inflati transversi; lamina maxillaris rotundata, angulis posterioribus acutis; branchiæ anteriores basi læves; radii branchiarum breves.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo petroso et glareoso.

T. XIII, 2, **Diopatra viridis.** — 2 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 2 C, Pars anterior subtus. — 2 E, Maxillæ superiores et inferiores. — 2 F, Partes laterales segmentorum: 2 F 10, 40, segmenti decimi et quadragesimi; j, cirrus dorsualis. — 2 G, Setæ, magnitudine 425:ies aucta: s, s', superiores; u, u', inferiores.

Diopatra amæna n.

Antennæ basi tentaculorum breviores; palpi inflati, transversi nec attenuati; lamina maxillaris elongata, parte anteriore angusta, angulis posterioribus acutis; corona labii inferioris denticulata; radii branchiarum elongati; cirri dorsuales longi.

Loco speciei præcedentis.

T. XIII, 3, **Diopatra amæna.** — 3 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 3 C, Pars anterior subtus. — 3 E, Maxillæ superiores et inferiores. — 3 F, Partes laterales segmentorum resectæ: 3 F, 4, 5, 20, segmenti quarti, quinti et vicesimi. — 3 G, s, s', setæ superiores, magnitudine 233:ies aucta.

Diopatra brasiliensis n.

Antennæ basi tentaculorum breviores; palpi haud inflati, apice brevi; lamina maxillaris rotundata; radii branchiarum breves; cirri dorsuales longi.

Rio Janeiro.

T. XIII, 4, **Diopatra brasiliensis.** — 4 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: e, palpi; f, antennæ. — 4 C, Pars anterior subtus visa: e, palpi; f, antennæ. — 4 F, Partes laterales segmentorum resectæ: 4 F, 4, 5, 20, 40, segmenti quarti, quinti, vicesimi trigesimi (nec 40:mi ut in tabula); j, cirri dorsuales; t, cirrus ventralis; v, branchiæ. — 4 G, Setæ, magnitudine 300:ies aucta: s in tabula juxta u et s'' setæ pedis quarti; s, s', s'' setæ superiores; u inferiores pedis 30.

Diopatra dentata n.

Tentacula superiora impari æqualia; antennæ basi tentaculorum breviores; palpi apice obtusi; labium inferius utrinque tridentatum; lamina maxillaris elongata, marginibus lateralibus profunde incisis, angulisque posterioribus acutis; radii branchiarum cirrique dorsuales mediocres.

Sidney, in fundo 12 orgyiarum.

T. XIII, 5, **Diopatra dentata.** — 5 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 5 C, Pars anterior subtus. — 5 E, Maxillæ inferiores et superiores. — 5 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 5 G, Setæ, magnitudine 300:ies aucta; s, s', superiores, u, inferiores. — 5 X, Pars posterior segmentis minutis et cirris analibus 4.

Diopatra longicornis n.

Tentacula longa, fere æqualia; antennæ dimidiam partem basis tentaculorum æquantes; labium inferius margine integro; lamina maxillaris rotundata; radii branchiarum breves; cirri dorsuales longi.

Mare atlanticum, long. occid. 40° 55', latid. austr 22° 33' in fundo 20—30 orgyiarum.

T. XIV, 6, **Diopatra longicornis.** — 6 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: d, tentaculum impar; d', tentaculum superius; d'', tentaculum inferius. — 6 C, Pars anterior subtus: c, antenna; ll, cirri ventrales paris pedum primi. — 6 E, Maxillæ superiores et inferiores. — 6 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi resecta: j, cirrus dorsualis; v, branchia. — 6 G, s, s', Setæ superiores magnitudine 300:ies aucta.

Diopatra splendidissima n.

Tentacula superiora inferioribus multo longiora; bases antennarum et palporum inflatæ; labium inferius margine leviter incisum; lamina maxillaris rotundata, incisura posteriore semicirculari; radii branchiarum breves, in spirali affixi; cirri dorsuales longi.

Sinus extra Guajaquil Americæ australis, fundo 15—20 orgyiarum.

T. XIV, 7, **Diopatra splendissima.** 7 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: d, tentaculum impar; d' d', tentacula superiora; d'' d'', tentacula inferiora. — 7 C, Pars anterior subtus: c, palpi. — 7 E, Maxillæ inferiores et superiores — 7 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 7 G, Setæ magnitudine 300:ies aucta: s, seta limbata, s', seta pectinata.

Gen. ONUPHIS Aud. et Edw.

Onuphis Verngreni n.

Tentaculum impar superioribus longitudine fere æquale, inferioribus longius; antennæ globosæ, vicinæ; palpi transversi, bases tentaculorum superantes; branchiæ pectiniformes trunco annulato radiisque inferioribus longis; setæ et aciculæ solitæ.

Tubum arenosum cum fragmentis concharum affixis inhabitat.

Mare atlanticum milliar. 16 austr.-occid. a Rio Janerio in fundo maris 58 orgyiarum, unde retulit Verngren.

T. XIV, 8, **Onuphis Verngreni.** — 8 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta: f, antennæ. — 8 C, Pars anterior subtus: f, antennæ. — 8 E, Maxillæ superiores et inferiores. — 8 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi: F^{40}, segmenti quadragesimi. — 8 G, Seta magnitudine 300:ies aucta: s, s', setæ superiores: u, u' setæ inferiores.

Onuphis intermedia n.

Tentacula superiora impari breviora, inferioribus vero duplo longiora; antennæ rotundatæ, remotæ; palpi transversi, apice obtuso, rotundato, basi tentaculorum breviores; branchiæ subpectiniformes, radiis paucis æqualibus; setæ aliæ limbatæ, læves, aliæ compositæ, apice serrulato; aciculæ uncinatæ.

Mare atlanticum prope Rio Janeiro in fundo maris 30—40 orgyiarum. Iter Eugeniæ die 11 Decembris 1851.

T. XIV, 9, **Onuphis intermedia.** — 9 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 9 C, Pars anterior subtus: f, antennæ; c, tentaculum inferius. — 9 F, Partes segmentorum: F^{5}, segmenti quinti, j, cirrus dorsualis, t, cirrus ventralis; F^{10}, segmenti decimi: j, cirrus dorsualis; F^{40}, segmenti quadragesimi; v, branchia. — 9 G, Setæ magnitudine 300:ies aucta: 9 G, s, superiores, u, inferiores.

Onuphis setosa n.

Tentaculum impar superioribus multo brevius et inferioribus longius; antennæ et palpi ovales, distantes, basibus tentaculorum breviores; branchiæ cirrosæ; setæ limbatæ, læves: scalpratæ, pectiniformes: compositæ, bidentes; aciculæ uncinatæ.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo arenoso nigro, 52 orgyiarum.

T. XIV, 10, **Onuphis setosa.** — 10 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 10 C, Pars anterior subtus. — 10 $F^{5, 10, 20}$, Partes laterales resectæ segmenti quinti, decimi et vicesimi: j, cirrus dorsualis; t, cirrus ventralis; v, branchia. — 10 G, Setæ: s, s′ setæ superiores; u, u′, u″, setæ inferiores.

Onuphis fragilis n.

Tentacula superiora et impar æqualia, inferioribus longiora; antennæ ovales, distantes; palpi obtusi nec bases tentaculorum superantes; branchiæ cirriformes; setæ limbatæ; aciculæ uncinatæ.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo arenoso et petroso 30—40 orgyiarum.

T. XV, 11, **Onuphis fragilis.** — 11 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: d, tentaculum impar; d′ d′, tentacula superiora; d″ d″, tentacula inferiora; f, antenna; h h, cirri tentaculares. — 11 C, Pars anterior subtus: f, antennæ; t, cirrus ventralis pedis paris primi. — 11 E, Maxillæ superiores et inferiores. — 11 $F^{4, 5, 20}$, Partes laterales segmenti quarti, quinti et vicesimi: j, cirrus dorsualis; t, cirrus ventralis; v, branchiæ. — 11 G, Setæ, magnitudine 300:ies auctæ; s, seta superior; u, seta inferior.

Fam. II. EUNICEA n.

Maxillæ 7—9, paris I:i edentatæ; tentacula 5; nec antennæ nec palpi; segmenta buccalia bina.

Lobus cephalicus	quadrilobatus; maxillæ 9			Eriphyle.
	bilobatus; maxillæ 7	cirri tentaculares 2	branchiæ pectiniformes	Eunice.
			branchiæ nullæ	Nicidion.
		cirri tentaculares nulli	branchiæ pectiniformes	Nauphanta.
			branchiæ cirrosæ	Nausicaa.

Gen. ERIPHYLE n.

Eunice Sav. ex. parte.

Lobus cephalicus 4-lobatus; maxillæ 9; tentacula 5; cirri tentaculares 2; branchiæ pectiniformes.

Eriphyle capensis n.

Appendices cirrosæ lobi cephalici subarticulati, annulis basalibus inflatis; tentacula media impari fere æqualia, segmentis buccalibus longiora; margo labii inferioris utrinque productus, rotundatus, integer; branchiæ in segmentis plurimis obviæ, pectiniformes in segmento 12 incipientes, radiis 12—17; setæ limbatæ, pectinatæ, falcigeræ; aciculæ læves. Long. 163—510 m. m., segm. 230—357.

Cap. bonæ spei.

T. XV, 16, **Eriphyle capensis.** — 16 B, Pars anterior corporis superne visa magnitudine aucta. — 16 C, Pars anterior subtus. — 16 E, Maxillæ. — 16 F, Partes laterales segmentorum: F 10, segmenti decimi: j, cirrus dorsualis; F^{100}, segmenti centesimi: j, cirrus dorsualis; v, branchia. — 16 G, Setæ: s, superior, u′ inferior articulo breve bidentato.

Gen. EUNICE (Cuv.).

Eunice indica n.

Appendices cirrosæ lobi cephalici et segmentorum læves; tentaculum impar ad segmentum 16 patens, tentaculis mediis duplo longius; margo labii inferioris utrinque incisus; branchiæ usque a segmento 3:o, pedes ferente, orientes; setæ capillares serrulatæ, pectiniformes, falcigeræ acuminatæ; aciculæ aliæ læves, aliæ uncinatæ, tricuspidatæ.

Pars australis Freti Bangka, in fundo maris.

T. XV, 12, **Eunice indica.** — 12 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: d, Tentaculum impar; d′ d′, Tentacula media vel superiora; d″ d″, Tentacula externa vel inferiora; e, Maxillæ laterales paris primi; h, cirrus tentacularis. — 12 C, Pars anterior subtus. — 12 F, Partes laterales segmentorum resectæ: F^{10}, Segmenti decimi: j, cirrus dorsualis; v, branchia; t, cirrus ventralis; F^{30}, Segmenti tricesimi: j, cirrus dorsualis. — 12 G, Setæ pedis tricesimi: s, s′, superiores; u, u′, inferiores.

Eunice tentaculata n.

Appendices cirrosæ lobi cephalici et segmentorum articulis elongatis præditæ; tentaculum impar ad segmentum 12 patens, tentaculis mediis duplo fere longius; margo labii inferioris utrinque arcuatus; branchiæ a segmento, pedes ferente, 6:o etc. orientes; setæ serrulatæ, pectiniformes, falcigeræ bidentatæ; aciculæ uncinatæ, tricuspidatæ.

Mare pacificum, long. orient. 107° 10′, lat. austr. 2° 30′, in fundo 48 orgyiarum. Vebngren.

T. XV, 13, **Eunice tentaculata.** — 13 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: d, Tentaculum impar, d′, Tentaculum medium; d″, Tentaculum externum, h, Cirrus tentacularis. — 13 E, Maxillæ: e, Maxillæ inferiores. — 13 F, Partes laterales segmentorum resectæ: F^{10}, segmenti decimi: j, cirrus dorsualis; F^{30}, segmenti tricesimi; j, cirrus dorsualis, v, branchia. — 13 G, Setæ pedis 30mi: s, s′, setæ superiores; u et u′, setæ inferiores.

Eunice havaica n.

Appendices cirrosæ lobi cephalici moniliformes; tentaculum impar ad segmentum 5 patens, tentaculis mediis parum brevius; margo labii inferioris transversus, serratus; branchiæ, in paribus pedum 4 anteriorum desideratæ, radiis tribus et cirrosæ; setæ serrulatæ, falcigeræ bidentatæ; aciculæ uncinatæ, dente terminali minuto.

Insula Oahu maris pacifici, juxta Honolulu, extra portum, in fundo maris 25 orgyiarum.

T. XV, 14, **Eunice havaica.** — 14 B, Pars anterior superne visa. — 14 C, Pars anterior subtus. — 14 F, Partes corporis laterales resectæ: F^{10}, segmenti decimi; F^{30}, segmenti tricesimi; F^{60}, segmenti sexagesimi: v, branchiæ; j, cirri dorsuales. — 14 G; Setæ pedis paris 30; s, setæ superiores, u′ et u inferiores.

Eunice pacifica n.

Appendices cirrosæ lobi cephalici subarticulatæ, annulis basalibus inflatis, lævibus; tentacula media et impar segmentum buccale anterius longitudine æquantia; margo labii inferioris utrinque productus.

rotundatus, integer; branchiæ in segmentis plurimis obviæ, pectiniformes, a segmento 18 incipientes, radiis 2—6; setæ limbatæ et falcigeræ bidentatæ; aciculæ læves.

Insula Tahiti et Eimeo maris pacifici, inter corallia fundo pedis.

T. XV, 15, **Eunice pacifica.** — 15 B, Pars anterior superne visa, magnitudine duplice aucta: d, tentaculum impar; d', tentaculum medium; d'', tentaculum externum, h, cirrus tentacularis. — 15 C, Pars anterior subtus. — 15 E, Maxillæ superiores. — 15 F^{30}, Pars segmenti tricesimi resecta. — 15 G, Setæ: s, setæ superiores; u' setæ inferiores.

Eunice tahitana n.

Appendices lobi cephalici moniliformes; tentaculum impar ad segmentum 6 patens, tentaculis mediis longius; margo labii inferioris transversus, integer; branchiæ, in paribus pedum 3 anteriores nullæ, radiis 1—6; setæ capillares falcigeræ, bidentatæ; aciculæ uncinatæ singulæ et læves obtusæ binæ.

Insula Eimeo maris pacifici inter corallia prope litus, summa aqua.

Var. radiis branchiarum minus numerosis ad insulam Tahiti juxta Papieti habitat.

T. XVI, 17, **Eunice tahitana var.** — 17 B, Pars anterior superne visa: d, tentaculum impar; d' d', tentacula media; d'' d'', tentacula externa; h h, cirri tentaculares. — 17 C, Pars anterior subtus. — 17 F^{9}, Pars lateralis segmenti 9: j, cirrus dorsualis; v, branchia. — 17 G, Setæ magnitudine 300:ies aucta: s, setæ superiores, u', inferiores.

Eunice atlantica n.

Appendices lobi cephalici elongati, moniliformes, articulis elongatis; tentaculum impar segmentum 5 attingens, mediis parum longius; branchiæ, in paribus pedum anterioribus 2 et in parte posteriore corporis nullæ, pectiniformes, radiis 3—12, cirros dorsuales superantibus; setæ spec. præcedentis.

Portus ad Praya grande juxta Rio Janeiro.

Eunice atlantica var. branchiis ac earum radiis paucioribus, species fortasse destincta.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo arenoso et lapidoso.

T. XVI, 18, **Eunice atlantica var.** — 18 B, Pars anterior corporis superne visa, magnitudine aucta. — 18 C, Pars anterior subtus. — 18 F, Partes laterales segmentorum resectæ: F^{10}, Segmenti decimi: j, cirrus dorsualis, v, branchia; F^{30}, segmenti tricesimi: j, cirrus dorsualis, v, branchia; F^{40}, segmenti quadragesimi: j, cirrus dorsualis. — 18 G, Setæ magnitudine 425:ies auctæ: s, superiores; u', inferiores.

Eunice brasiliensis n.

Appendices lobi cephalici elongati, moniliformes, articulis brevibus; tentacula media et impar æqualia, segmentum 12 attingentia; corona labii inferioris dentata, dente externo producto; branchiæ pectiniformes, radiis 2—9; cirri tentaculares articulati, elongati; cirri dorsuales articulati, mediocres; setæ limbatæ, serrulatæ, falcigeræ bidentatæ, vagina serrulata.

Mare juxta partem australem litoris ad Pernambucco Brasiliæ, fundo 16—20 orgyiarum, unde retulit VERNGREN.

T. XVI, 19, **Eunice brasiliensis.** — 19 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 19 C, Pars anterior subtus: 1, maxillæ paris primi; 2, maxillæ paris secundi; 4, maxillæ paris superioris, e, coronæ maxillarum inferiorum. — 19 F, Partes segmentorum resectæ: 19 F^{10}, segmenti decimi: j, cirrus dorsualis; v, branchia; 19 F^{30}, segmenti trigesimi. — 19 G, Setæ pedis paris decimi magnitudine 300:ies auctæ: s, superiores, u', inferiores.

GEN. NICIDION n.

Lobus cephalicus bilobatus; maxillæ 7; tentacula 5; cirri tentaculares bini; branchiæ nullæ.

Nicidion longicirrata n.

Appendices lobi cephalici læves; tentaculum impar reliquis longius, segmentum 7 attingit; corona labii inferioris semilunaris et arcuata, striata; cirri dorsuales in parte posteriori corporis longissimi; setæ superiores limbatæ serrulatæ, inferiores falcigeræ, articulo bidentato et brevi; aciculæ læves et singulæ.

Mare pacificum juxta urbem Honolulu insulæ Oahu, inter corallia, summa aqua.

T. XVI, 20, **Nicidion longicirrata.** — 20 B, Pars anterior superne visa. — 20 C, Pars anterior subtus ubi coronæ maxillarum perspicue visæ. — 20 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; j, cirrus dorsualis; F^{50}, segmenti quinquagesimi; j, cirrus dorsualis; F^{90}, segmenti nonagesimi, j, cirrus dorsualis longissimus. — 20 G, Setæ pedis paris 50:mi, magnitudine 300:ies aucta: s, seta superior; u', seta inferior articulo minuto bidentato.

Nicidion cincta n.

Tentacula lævia, brevia: impar reliquis parum longius, longitudine segmentum buccale anterius æquans; cirri dorsuales tenues, læves, breves; setæ superiores limbatæ, læves, inferiores falcigeræ, articulo bidentato et elongato; aciculæ singulæ læves et uncinatæ, bicuspidatæ.

Mare pacificum inter corallia mortua tæniarum exteriorum insulæ Eimeo, summa aqua vel fundo 1—4 pedum.

T. XVI, 21, **Nicidion cincta.** — 21 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 21 C, Pars anterior subtus. — 21 E, Maxillæ superiores. — 21 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi resecta. — 21 G, Setæ, magnitudine 550:ies aucta: s, superiores; u', inferiores.

Nicidion gallapagensis n.

Tentacula lævia, brevia: impar mediis longius, segmentum tertium superat: maxillæ paris secundi breves, 2- et 3-dentatæ; cirri dorsuales breves; setæ superiores limbatæ, breves, inferiores falcigeræ, articulo bidentato, elongato; aciculæ læves, singulæ, uncinatæ vero nullæ.

Mare pacificum, ad oram borealem insulæ gallapagensis Chatam scopulosæ prope Finger point, summa aqua.

T. XVI, 22, **Nicidion gallapagensis.** — 22 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 22 C, Pars anterior subtus. — 22 F, Partes laterales segmentorum resectæ: F^{10}, segmenti decimi; F^{30}, segmenti tricesimi. — 22 G, Setæ magnitudine 360:ies aucta: s, seta superior; u', seta inferior.

Gen. NAUPHANTA n.

Lobus cephalicus bilobatus; maxillæ 7; cirri tentaculares nulli; branchiæ pectiniformes.

Nauphanta novæ Hollandiæ n.

Tentacula lævia, brevia: impar mediis longius, segmentum quintum superat; maxillæ paris secundi 6- et 4-dentata; branchiæ, in paribus pedum 1—29 desideratæ, pectinatæ, usque ad par 120 et ultra obviæ, radiis longis; cirri dorsuales breves; setæ limbatæ læves, falcigeræ nullæ; aciculæ læves, binæ et ternæ, uncinatæ nullæ.

Mare pacificum, portus ad Sidney.

T. XVI, 23, **Nauphanta Novæ Hollandiæ.** — 23 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 23 C, Pars anterior subtus. — 23 F, Partes laterales segmentorum resectæ: F^{9}, segmenti noni; F^{50}, segmenti quinquagesimi; F^{120}, segmenti centesimi et visecimi: j, cirrus dorsualis; v, branchia. — 23 G, Seta magnitudine 300:ies auctæ.

Nauphanta corallina n.

Tentacula lævia, brevia, æqualia; impar marginem anteriorem segmenti tertii attingit; maxillæ paris secundi 5- et 4-dentatæ; branchiæ in paribus pedum 1—17 desideratæ, pectinatæ, usque ad seg-

mentum 104 et ultra obviæ, radiis longis; cirri dorsuales breves; setæ limbatæ læves, falcigeræ, apice bidente; aciculæ læves binæ aliæque binæ, apice obsolete fisso.

Mare pacificum, portus ad Honolulu insulæ Oahu, inter corallia mortua, summa aqua.

T. XVII, 24, **Nauphanta corallina.** — 24 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 24 C, Pars anterior subtus. — 24 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{40} (lege: F^{30}), segmenti trigesimi, F^{100}, segmenti centesimi: j, cirri dorsuales; t, cirrus ventrales; v, branchia. — 24 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ; s, seta superior; u et u′, setæ inferiores, pedis paris centesimi.

Gen. NAUSICAA n.

Lobus cephalicus bilobatus; maxillæ 7; cirri tentaculares nulli; branchiæ cirrosæ.

Nausicaa striata n.

Tentacula lævia, brevia, obtusa; impar mediis parum longius, segmentum tertium superat; maxillæ paris secundi 5-dentatæ; branchiæ in paribus pedum 1—6 desideratæ, in paribus 7—11 cirrosæ, breves; cirri dorsuales breves; setæ limbatæ læves, falcigeræ, apice bidentato; aciculæ singulæ: aliæ rectæ læves aliæque arcuatæ et bispinosæ.

Mare pacificum, summa aqua ad insulam scopulosam St. José prope Panama.

T. XVII, 25, **Nausicaa striata.** — 25 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: d, tentaculum impar; d′ d′, tentacula media; d″ d″, tentacula inferiora. — 25 C, Pars anterior subtus. — 25 F, Partes laterales segmentorum resectæ: F^{10}, segmenti decimi: v, branchia; j, cirrus dorsualis; F^{20}, segmenti vicesimi. — 25 G, Setæ magnitudine 550:ies auctæ: s, seta superior; u, u′, setæ inferiores.

Fam. III. LYCIDICEA n.

Maxillæ 7; paris I:i edentatæ; tentacula 3; nec antennæ nec palpi; segmenta buccalia bina.

Branchiæ { pectiniformes . . . . Amphiro.
{ nullæ . . . . Lycidice.

Gen. AMPHIRO n.

Lobus cephalicus incisus, utrinque subglobosus; tentacula tria; branchiæ pectiniformes vel subpectiniformes; cirri dorsuales et ventrales obvii; setæ limbatæ et falcigeræ; aciculæ.

Amphiro atlantica n.

Tentacula lævia, parum elongata, fere æqualia: impar segmentum quartum superans; branchiæ in paribus pedum saltem 20 anterioribus nullæ, in paribus 50 et 180 subpectiniformes, radiis duobus longissimis; cirri dorsuales breves; setæ limbatæ læves et falcigeræ, apice bidentato.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo petroso et arenoso 30—40 orgyiarum.

T. XVII, 26, **Amphiro atlantica.** — 26 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: d, tentaculum impar; d′ d′, tentacula externa. — 26 C, Pars anterior subtus. — 26 F, Partes laterales segmentorum resectæ: F^{20}, segmenti vicesimi; F^{50}, segmenti quinquagesimi: j, cirrus dorsualis; t, cirrus ventralis; v, branchia; F^{180}, segmenti centesimi et octogesimi. — 26 G, Setæ magnitudine auctæ: s, superiores; u, inferiores.

Gen. LYCIDICE (Sav.).

Lobus cephalicus brevis, antice et subtus sulcatus, utrinque subglobosus; oculi 2 l. 4; tentacula tria; labium inferius carinatum; branchiæ desunt; cirri dorsuales et ventrales obvii; setæ limbatæ, falcigeræ et pectiniferæ; aciculæ.

Lycidice robusta Stimps.?

Tentacula lævia, segmentum buccale posticum attingentia: impar reliquis parum longius; cirri dorsuales breves et læves; setæ limbatæ læves, falcigeræ, articulo terminali bidentato et brevi; aciculæ singulæ, bispinosæ; cirri anales bini.

Stimps. Proc. Acad. Phil. 1855 p. 391.

Port Jackson juxta Sidney Novæ Hollandiæ, summa aqua.

T. XVII, 27, **Lycidice robusta.** — 27 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 27 C, Pars anterior subtus. — 27 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{40}, segmenti quadragesimi; F^{60}, segmenti sexagesimi. — 27 G, Setæ: s, superiores; u, inferiores. — 27 X, Pars posterior corporis.

Lycidice brevicornis n.

Tentacula lævia, dimidiam partem longitudinis lobi cephalici æquantia, æqualia; cirri dorsuales breves, speciei præcedentis vero longiora; setæ limbatæ læves, falcigeræ, articulo terminali bidentato, longitudine mediocri; aciculæ bispinosæ et læves; cirri anales 4.

Port Jackson juxta Sidney, summa aqua.

T. XVII, 28, **Lycidice brevicornis.** — 28 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 28 C, Pars anterior subtus. — 28 E, Maxillæ: e, maxillæ laterales et superiores et epiphyses; e′, maxillæ inferiores. — 28 F^{10}, Segmentum decimum resectum. — 28 G, Setæ magnitudine 300:ies auctæ: s, seta superior; u, seta inferior apex cum capsula tenuissima.

Lycidice natalensis n.

Tentacula lævia: impar, marginem anteriorem lobi cephalici attingens, externis longius; cirri dorsuales breves; setæ limbatæ læves, falcigeræ, articulo terminali brevi, bidentato; aciculæ binæ, læves; cirri anales bini, breves.

Port Natal, unde retulit J. A. Vahlberg.

T. XVII, 29, **Lycidice natalensis.** — 29 B, Pars anterior, superne visa, magnitudine aucta. — 29 C, Pars anterior subtus. — 29 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{50}, segmenti quinquagesimi. — 29 G, Setæ magnitudine 300:ies auctæ: s, seta superior; u, seta inferior cum capsula.

Fam. IV. NINOIDEA n.

Maxillæ 8: paris I:i edentatæ, paris III:i et IV:i fere æquales; tentacula nulla vel tuberculiformia; segmenta buccalia bina; branchiæ terminales.

Gen. NINOE n.

Lobus cephalicus medio integer, conicus; radii branchiarum cirrosi, sessiles; setæ limbatæ acutæ et obtusæ.

Ninoe chilensis n.

Tentacula bina sub marginem anteriorem interdum occulta, lobus cephalicus conicus, sulcis quatuor logitudinalibus præditus; branchiæ in parte corporis anteriore obviæ, radiis 2—11; setæ limbatæ, aliæ elongatæ acuminatæ, aliæ breves.

Valparaiso, inter radices fucorum fundo arenoso et lapidoso orgyiarum 2—3.

T. XVIII, 32, **Ninoe chilensis.** — 32 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 32 C, Pars anterior subtus. — 32 F, Partes laterales segmentorum resectæ; F^{10}, segmenti decimi; F^{20}, segmenti vicesimi: v, branchiæ; F^{40}, segmenti quadragesimi, — 32 G, Setæ: s, seta superior; u, inferior.

Ninoe brasiliensis n.

Tentacula nulla; lobus cephalicus conicus, sulcis quatuor longitudinalibus præditus; branchiæ in parte corporis anteriore obviæ, radiis 1—5; setæ limbatæ, aliæ elongatæ, acuminatæ, aliæ bræviores, apice brevi, serrulato.

Mare atlanticum, prope Rio Janeiro in fundo limoso, 30—40 orgyiarum.

T. XVIII, 33, **Ninoë brasiliensis.** — 33 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 33 C, Pars anterior subtus. — 33 F, Partes lateralis segmentorum: F^{10}, segmenti decimi: v, branchiæ; F^{40}, segmenti quadragesimi. — 33 G, Setæ magnitudine 300:ies aucta: s, seta superior; u, seta inferior.

Ninoe oculata n.

Tentacula nulla; lobus cephalicus sulcis lateralibus nullis; oculi bini; branchiæ in parte corporis anteriore obviæ, radiis 1—5; setæ limbatæ, aliæ elongatæ acuminatæ, aliæ obtusæ, dente singulo, transverso.

Mare atlanticum prope Cap Frio et Rio Janeiro, long. a Greenwich occid. 44° 27′, lat. austr. 23° 44′, in fundo 30 orgyiarum.

T. XVIII, 33 B*, **Ninoe oculata.** — Pars anterior superne visa magnitudine aucta, cum oculis.

Fam. V. LUMBRICONEREIDA.

Lumbrinereida Schmarda, ex parte.

Maxillæ 8, paris I:i edentatæ; tentacula tuberculiformia aut nulla: branchiæ veræ nullæ.

Tentacula { tuberculiformia, bina . . . . . . Eranno.
nulla vel obsoleta . . . . Lumbriconereis.

Gen. ERANNO n.

Tentacula tuberculiformia, bina; oculi nulli; lobus cephalicus integer; pharynx exsertilis cylindricus, labio inferiore ac paribus 4 maxillarum armatus; radices maxillares, maxillis paris primi breviores, margines laterales fere rectos præbens; segmenta buccalia bina, appendicibus carentia; cirri dorsuales et ventrales branchiæque desunt; setæ simplices, limbatæ.

Eranno bifrons n.

Tentacula tuberculum bifidum et breve fingunt; lobus cephalicus conicus, segmenta 3 anterioria longitudine æquans; setæ limbatæ: aliæ elongatæ, acuminatæ, aliæ breviores, apice obtuso, serrulato.

Mare atlanticum prope Cap. Virginis Patagoniæ, fundo petroso, 32 orgyiarum.

T. XVIII, 31, **Eranno bifrons.** — 31 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 31 D, Pars anterior a latere dextra visa. — 31 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 31 G, Setæ, magnitudine 300:ies auctæ: s, seta superior, u, seta inferior.

Gen. LUMBRICONEREIS (Blainv.).

Lumbrineris Blainv. ex parte.

Lobus cephalicus integer nec biglobosus; tentacula nulla vel obsoleta; maxillæ 8; radices maxillares acuminatæ; segmenta buccalia bina; branchiæ desunt; cirri

dorsuales et ventrales sæpe ad unum confluentes, apicem pedum fingunt; setæ limbatæ, interdum compositæ.

α. Maxillæ paris III:i unidentatæ:

Lumbriconereis magalhaensis n.

Lobus cephalicus globosus, segmenta 3 antica longitudine æquans; radices maxillares elongatæ, anguste; maxillæ paris II:i 4- et 5-dentatæ; setæ limbatæ et compositæ, apice serrulato.

Fretum Magalhaense.

T. XVIII, 35, **Lumbriconereis magalhaensis.** — 35 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 35 C, Pars anterior subtus. — 35 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi resecta. — 35 G, Setæ magnitudine 300:ies auctæ: s, seta superior; u, seta inferior.

Lumbriconereis borealis n.

Lobus cephalicus tuberculis tribus obsoletis præditus, conicus, segmentis buccalibus longior; maxillæ paris II:i 4-dentatæ; setæ spec. superioris.

Dröbak, Stormeja, Norvegiæ, unde retulit S. Lovén.

T. XIX, 41, **Lumbriconereis borealis.** — 41 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 41 F, partes laterales segmentorum; F^{10}, segmenti decimi; F^{60}, segmenti sexagesimi. — 41 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ: s, superiores longiores; u, inferiores breves apice spinuloso.

Lumbriconereis atlantica n.

Lobus cephalicus elongatus, segmenta 3 proxima æquans, lobulis binis elongatis, transversis; segmentum buccale anterius posteriore duplo longius; maxillæ paris secundi 4-dentatæ; setæ limbatæ, simplices: acutæ et obtusæ.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo petroso et arenoso 30—40 orgyiarum.

T. XIX, 43, **Lumbriconereis atlantica.** — 43 B, Pars anterior superne visa. — 43 C, Pars anterior subtus. — 43 F^{10} Pars lateralis segmenti decimi resecta, magnitudine aucta. — 43 G, Seta magnitudine 233:ies aucta.

β. Maxillæ paris III:i bidentatæ:

Lumbriconereis Jacksoni n.

Lobus cephalicus rotundatus, subtus lobulis binis lateralibus præditus; segmenta buccalia fere æqualia; maxillæ paris II:i 4- l. 5-dentatæ, paris IV:i 1-dentatæ; setæ limbatæ, simplices.

Port Jackson prope Sidney.

T. XVIII, 34, **Lumbriconereis Jacksoni.** — 34 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 34 C, Pars anterior subtus. — 34 E, Maxillæ. — 34 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi resecta, postice visa. — 34 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ: s, longiores superiores; u, breviores.

Lumbriconereis obtusa n.

Lobus cephalicus obtusus, brevis, rotundatus; segmentum buccale anterius posteriore longius; labium inferius spinosum; maxillæ paris II:i 5-dentatæ, paris IV:i 2-dentatæ; apex pedum cirriformis; setæ limbatæ: simplices et compositæ.

Valparaiso, inter radices fucorum, fundo arenoso et lapidoso orgyiarum 2—3.

T. XVIII, 36, **Lumbriconereis obtusa.** — 36 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 36 C, Pars anterior subtus. — 36 F, Partes laterales segmentorum resectæ: F^{10}, segmenti decimi; F^{30}, segmenti tricesimi; F^{70}, segmenti septuagesimi. — 36 G, Setæ magnitudine 300:ies auctæ: s, longiores; u, breviores.

Lumbriconereis indica n.

Lobus cephalicus elongatus, segmenta 3 anteriora fere æquans, sulcis obsoletis longitudinalibus præditus; segmentum buccale anterius posteriore longius; maxillæ paris II:i 4-dentatæ, pars IV:i 2-dentatæ; setæ limbatæ, simplices.

Pars australis Freti Bangka in fundo maris.

T. XIX, 40, **Lumbriconereis indica.** — 40 B, Pars antica superne visa magnitudine aucta. — 40 C, Pars antica subtus. — 40 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{40}, segmenti quadragesimi; F^{70}, segmenti septuagesimi. — 40 G, Setæ magnitudine 300:ies auctæ: s, longiores; u, breviores cum capsula.

Lumbriconereis chilensis n.

Lobus cephalicus rotundatus, segmenta 4 anteriora æquans; segmentum buccale posterius anteriore parum brevius; maxillæ paris II:i 4-dentatæ, paris IV:i 1-dentatæ; setæ limbatæ, simplices.

Mare pacificum prope Valparaiso, fundo limoso orgyiarum 50.

T. XVIII, 37, **Lumbriconereis chilensis.** — 37 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 37 C, Pars anterior subtus. — 37 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{50}, segmenti quinquagesimi; F^{90}, segmenti nonagesimi. — 37 G, Setæ magnitudine 300:ies auctæ: s, longiores; u, breviores.

Lumbriconereis Sarsi n.

Lobus cephalicus conicus, abbreviatus, segmentis 4 brevior; segmenta buccalia æqualia; maxillæ paris II:i 5-dentatæ, paris IV:i 1-dentatæ; setæ limbatæ, simplices.

Sinus ad Guajaquil fundo limoso et conchis frustulento, 20—30 orgyiarum.

T. XIX, 38, **Lumbriconereis Sarsi.** — 38 A, Animal superne visum. — 38 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 38 C, Pars anterior subtus. — 38 E, Maxillæ; e', maxillæ inferiores; e, maxillæ laterales et superiores. — 38 F^{10}, Pars segmenti decimi resecta. — 38 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ: s, seta longior; u, seta brevior.

Lumbriconereis havaica n.

Lobus cephalicus brevis, latiusculus, granulosus; segmentum buccale posterius anteriore paullulo brevius; maxillæ paris II:i 4- et 5-dentatæ, paris IV:i 1-dentatæ; pedes lingulam cirrosam, terminalem, elongatam præbent; setæ simplices, limbatæ.

Mare pacificum ad urbem Honolulu insulæ Oahu, inter corallia, fundo 1—4 pedum.

T. XIX, 39 **Lumbriconereis havaica.** — 39 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta. — 39 C, Pars anterior subtus. — 39 F, Partes segmentorum resectæ: F^{10}, segmenti decimi; F^{100}, segmenti centesimi. — 39 G, Setæ magnitudine 233:ies auctæ: s, seta longior, u, seta brevior.

Fam. VI. LYSARETEA n.

Maxillæ 10, paris I:i dentatæ; tentacula tria.

Gen. LYSARETE n.

Tentacula 3, cirriformia; oculi quatuor; labium inferius antice et postice bifidum; paria maxillarum 5; segmenta buccalia bina, appendicibus carentia; branchiæ foliosæ, compressæ, integræ; setæ simplices, limbatæ; cirri ventrales desunt.

Lysarete brasiliensis n.

Tentacula lævia: impar marginem anteriorem segmenti tertii, externa segmenti secundi attingentia; cirri dorsuales segmentorum anteriorum breves, posteriores branchias foliosas fingentes; setæ limbatæ; aciculæ rectæ, apice tenuissimo, brunneæ ternæ ternæque flavidæ.

Mare atlanticum long. a Greenwich occid. 40° 55′, latid. austral. 22° 31′ prope Rio Janeiro, in fundo 30—40 orgyiarum.

T. XVII, 30, **Lysarete brasiliensis.** — 30 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 30 C, Eadem pars subtus visa. — 30 F, Partes segmentorum resectæ: F^{10}, F^{30}, F^{70}, segmenti 10, 30 et 70. — 30 G, Seta 137:ies aucta.

Fam. VIII. LAIDEA n.

Maxillæ 10; tentacula nulla; branchiæ cirrosæ, mammillæformes vel nullæ.

Gen. LARYMNA n.

Lobus cephalicus integer; oculi 2; maxillæ paris I:i dentatæ et ungulatæ, inæquales; cirri dorsuales et ventrales terminales.

Larymna cirrosa n.

Lobus cephalicus semiglobosus, obtusus, segmenta buccalia æquans; oculi distantes; segmentum buccale anterius posteriore parum longius; setæ simplices: styliformes et obtusæ, apice bifido.

Mossambique, unde retulit G. v. Düben.

T. XIX, 45, **Larymna cirrosa** [= **Lumbriconereis cirrosa in tab.**]. — 45 B, Pars anterior superne visa, magnitudine aucta. — 45 F^{10} et F^{36}, Partes laterales segmentorum 10 et 36. — 45 G, Seta aucta.

Gen. ARACODA (Schmarda).

Lobus cephalicus integer; oculi 4 l. nulli; maxillæ paris I:i dentatæ et ungulatæ æquales; nec branchiæ nec cirri.

Aracoda capensis n.

Lobus cephalicus elongatus, segmenta 3 æquans; oculi minuti, distantes; segmentum buccale anterius posteriore longius; setæ limbatæ, acutæ.

Cap bonæ spei, summa aqua.

T. XIX, 42. **Aracoda capensis** [= **Lumbriconereis capensis in tab.**]. — 42 B, Pars anterior superne visa. — 42 C, Pars anterior subtus. — 42 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{180}, segmenti centesimi et octogesimi. — 42 G, Seta magnitudine 300:ies aucta.

Aracoda virginis n.

Lobus cephalicus rotundatus, conicus; segmenta 3 æquans, oculi nulli; segmentum buccale anterius posteriore longius; setæ limbatæ acutæ, tenuissime serrulatæ; radix maxillarum tertius.

Mare atlanticum extra Cap Virginis Patagoniæ haud procul a freto Magalhaensi fundo 32 orgyiarum.

T. XIX, 44, **Aracoda virginis [= Lumbriconereis virginis in tab.]**. — 44 B, Pars anterior superne visa. — 44 C, Pars anterior subtus. — 44 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{40}, segmenti quadragesimi. — 44 G, Seta magnitudine aucta.

Fam. X. STAUROCEPHALEA n.

Maxillæ numerosissimæ, series 4 laterales fingentes, dentatæ.

Gen. STAUROCEPHALUS Grube.

Lobus cephalicus superne integer; antennæ binæ; palpi bini; oculi 4; pedes singuli; cirri dorsuales et ventrales; setæ simplices, serrulatæ, acutæ, aliæque compositæ, articulo elongato, recto, serrulato, apice ungulato.

Grube. Arch. f. Naturg. XXI. 97. XXVI. 78.

Staurocephalus Lovéni n.

Lobus cephalicus, sicut antennæ, longitudine segmenta buccalia æquans; oculi minuti; palpi antennis duplo longiores, articulo terminali ovali; cirri dorsuales pedes nec setas superantes, articulo terminali longo; cirri ventrales breves, subterminales.

Port Jackson Novæ Hollandiæ, fundo 12 orgyiarum.

T. XXI, 1, **Staurocephalus Lovéni**. — 1 B, Pars anterior superne visa magnitudine aucta: c, antenna f, palpus; oculi superiores. — 1 C, Pars anterior subtus: c, antenna f, palpus; oculi inferiores. — 1 E, Maxillæ. — 1 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{30}, segmenti tricesimi. — 1 G, Setæ magnitudine aucta: s, s′, setæ superiores; u, seta inferior.

Fam. NEREIDEA n.

Nereida Aud. et Edw. ex parte.

Papillæ pharyngis corneæ, separatæ, conicæ.

Gen. NEREIS.

A. Typicæ. Papillæ pharyngis ordinis 5 desideratæ; ordinum 6: 4 cruciatæ vel paucæ; ordinum 7 et 8 series multiplices fingunt.

Nereis robusta n.

Lobus cephalicus elongatus, segmenta 3 proxima longitudine æquans, fronte angusta, elongata, margine posteriore integro; oculi magni; antennæ dimidiam partem lobi cephalici æquantes; cirri tentaculares parium 1 et 3 segmentum quartum attingentes; pedes et cirri breves.

Valparaiso, juxta oras inter radices fucorum; insula Chinca; insula S:t Lorenzo prope Callao.

T. XX, 1, **Nereis robusta**. — 1 B, Pars anterior proboscide exserta, aucta. supra visa: c′ c″, proboscis; d′, tentacula; f, palpi; h—h″″, cirri tentaculares; 2 & 6 paragnathi. — 1 C, Eadem pars infra visa. — 1 F, Partes laterales segmentorum: F^{10}, segmenti decimi; F^{80}, segmenti octogesimi. — 1 G, Setæ 300:ies auctæ; s, superior, u, inferior.

Gen. CIRRONEREIS n.

Papillæ pharyngis ordinum 1, 2 et 5 desunt; 7 et 8 refractæ; ordinis 6 numerosæ; pedes æquales.

Cirronereis gracilis n.

Lobus cephalicus brevis longitudine segmentum buccale fere æquans, fronte brevi, obtusa; margo posterior integer marginesque laterales rotundati; oculi magni, rotundati; cirri tentaculares elongati; cirri dorsuales longi nec terminales.

Insula Charles inter Gallapagos, fundo 8—12 orgyiarum.

T. XX, 4, **Cirronereis gracilis.** — 4 B, Pars anterior proboscide exserta, aucta, supra visa. — 4 C, Eadem pars infra visa. — 4 F, Partes laterales: F^{10}, segmenti decimi; F^{30}, segmenti tricesimi; 4 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Gen. CERATONEREIS n.

Papillæ pharyngis ordinum 5, 6, 7, 8 desunt; appendices lobi cephalici, cirri tentaculares, dorsuales et ventrales elongati; pedes æquales; setæ verutæ aliæque falcigeræ articulo elongato.

Ceratonereis tentaculata n.

Lobus cephalicus brevis, dilatatus, longitudine, pharyngo producto, segmenta 3 proxima æquans, fronto bifida, margine posteriore integro; oculi magni, laterales vicini; cirri tentaculares paris 1:i et 3:ii segmentum 15:m attingunt; cirri setis multo longiores.

Mare pacificum extra portum urbis Honolulu insulæ Oahu fundo 10 orgyiarum inter fucos virides et brunneos.

T. XX, 5, **Ceratonereis tentaculata.** — 5 B, Pars anterior proboscide exserta, aucta supra visa. — 5 C, Eadem pars infra visa. — 5 F, Partes laterales: F^{10}, segmenti decimi; F^{50}, segmenti quinquagesimi. — 5 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Gen. NEREILEPAS (Blainv.).

Papillæ pharyngis corneæ, distantes, conicæ; acervus ordinis 5 deest; branchia pedis inferioris foliosa: setæ verutæ acutæ et falcigeræ.

Nereilepas angusta n.

Lobus cephalicus segmenta proxima 6 longitudine æquans, fronte angusta, longa; margo posterior integer; oculi mediocres, laterales approximati; antennæ approximatæ, tertiam partem lobi cephalici æquantes; cirri tentaculares articulati: paris 3:ii segmentum 8 attingentes; cirri dorsuales mediocres nec terminales.

Mare pacificum, insula Eimeo, inter insulas societatis, summa aqua inter corallia externa (Barrier refvet).

T. XX, 2, **Nereilepas angusta.** — 2 B, Pars anterior aucta, supra visa. — 2 C, Eadem pars infra visa. — 2 F, Partes laterales: F^{10}, segmenti decimi; F^{50}, segmenti quinquagesimi. — 2 G, Setæ 233:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Gen. MASTIGONEREIS (Schmarda).

Papillæ pharyngis corneæ, distantes, conicæ; acervus papillarum ordinis 5 deest; acervi ordinis 6 asteriscos fingunt; branchiæ superiores posteriores elongatæ, cirris dorsualibus terminalibus; setæ verutæ et falcigeræ.

Mastigonereis spinosa n.

Lobus cephalicus longitudine segmenta 2 proxima et fere latitudinem, æquante; oculi minuti; antennæ, dimidia parte lobi cephalici parum breviores, apices palporum attingunt; cirri tentaculares articulati, breves: paria 1 et 3 æqualia, segmenta 3 anteriora æquantia.

Prope S:t Fransisco Californiæ.

T. XX, 10, **Mastigonereis spinosa.** — 10 B, Pars anterior proboscide exserta, aucta, supra visa. — 10 C, Eadem pars infra visa. — 10 F, Partes laterales: F^{10}, segmenti decimi; F^{30}, segmenti tricesimi; F^{90}, segmenti nonagesimi. — 10 G, Setæ, 233:ies auctæ: s, superior; u, inferior. — 10 X, Pars postrema supra visa.

Fam. ARETIDEA n.

Papillæ pharyngis corneæ, conicæ et transversæ, interdum etiam pectiniformes.

Gen. PSEUDONEREIS n.

Papillæ pharyngis aliæ corneæ, conicæ, distantes, aliæ transversæ, aliæ coadnatæ, series pectiniformes fingentes; pedes sensim mutantes, branchiis superioribus partis posterioris corporis elongatis cirrisque dorsualibus terminalibus; setæ verutæ et falcigeræ.

Pseudonereis gallapagensis n.

Lobus cephalicus mediocris, segmenta 3 proxima æquans, margine posteriore integro, fronte lata; oculi mediocres, æquales, ovales et transversi, in rectangulo positi; antennæ approximatæ, longitudinem lobi cephalici dimidiam parum superantes; cirri tentaculares breves, paris 1:i palporum longitudine.

Insula Indifatigable inter Gallapagos ad litora arenosa et lapidosa.

T. XX, 3, **Pseudonereis gallapagensis.** — 3 B, Pars anterior supra visa, aucta. — 3 C, Maxillæ et Paragnathi proboscidis. — 3 C′, Pars anterior infra visa. — 3 F^{10}, pars lateralis segmenti decimi. — 3 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Gen. PERINEREIS n.

Papillæ pharyngis completæ, corneæ, distantes, aliæ conicæ, aliæ, ordinis 6, transversæ, nec pectiniformes, nec coadnatæ; pedes sensim sed parum mutantes; branchiæ posteriores parum elongatæ; cirri dorsuales non terminales; setæ verutæ et falcigeræ.

Perinereis Novæ Hollandiæ n.

Lobus cephalicus mediocris, segmenta 2 proxima æquans, margine posteriore integro, fronte lata; oculi mediocres; antennæ distantes, dimidiam partem lobi cephalici longitudine æquantes; cirri tentaculares breves, par 3 segmentum 4 attingens palpisque longius.

Port Jackson Novæ Hollandiæ, fundo 6—8 orgyiarum, ad litora lapidosa.

T. XX, 9, **Perinereis Novæ Hollandiæ** [= **Paranereis Novæ Hollandiæ in tab.**]. — 9 B, Par santerior proboscide exserta, aucta, supra visa. — 9 C, Eadem pars infra visa. — 9 F, Partes laterales: F^{10}, segmenti decimi; F^{50}, segmenti quinquagesimi; F^{70}, segmenti septuagesimi. — 9 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, inferior. — 9 X, Pars postrema supra visa.

Gen. PARANEREIS n.

Papillæ pharyngis ordinum 7 et 8 seriem duplicem fingentes, papillæ nonnullæ compressæ, reliquæ sicut partes laterales segmentorum cum illis generis Pseudoner. congruentes.

Paranereis elegans n.

Lobus cephalicus elongatus, segmenta 5 proxima æquans, margine posteriore integro, fronte lato; oculi parvi; antennæ distantes, dimidia parte lobi cephalici breviores; cirri tentaculares breves nec palpis longiores.

Valparaiso, fundo limoso orgyiarum 6—8.

T. XX, 8, **Paranereis elegans.** — 8 B, Pars anterior proboscidæ exserta, aucta, supra visa. — 8 C, Eadem pars infra visa. — 8 F, Partes laterales: F^{10}, segmenti decimi; F^{30}, segmenti tricesimi; F^{70}, segmenti septuagesimi. — 8 G, Setæ: s, superior; u, inferior.

Gen. PLATYNEREIS n.

Papillæ pharyngis corneæ, coadnatæ, minutæ; acervi pauci: ordinis 1, 2 et 5 et interdum præterea 6, 7 et 8 desunt; pedes postice et sensim mutantes; branchiæ mediæ et posteriores elongatæ.

Platynereis Magalhaensis n.

Lobus cephalicus brevis, latus, segmenta bina proxima æquans, fronte brevi lata, margine posteriore integro; oculi mediocres; antennæ distantes, longitudine lobi cephalici breviores nec apices palporum attingentes; cirri tentaculares elongati; paris 3:ii segmentum 15 attingunt; dentes maxillarum 12.

Fretum Magalhaense, Yorkbay, fundo 4—6 orgyiarum.

T. XX, 6, **Platynereis Magalhaensis.** — 6 B, Pars anterior aucta, supra visa. — 6 C, Eadem pars infra visa. — 6 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 6 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Gen. LEPTONEREIS n.

Papillæ pharyngis desideratæ; partes laterales segmentorum sensim mutantes branchiis superioribus corporis medii et posterioris permagnis, elongatis, compressis, cirris dorsualibus terminalibus; setæ verutæ articulis longis et brevioribus.

Leptonereis lævis n.

Lobus cephalicus elongatus, segmenta tria proxima longitudine æquans, fronte latitudine mediocri, margine posteriore integro; oculi minuti; antennæ dimidiam longitudinem lobi cephalici attingentes, approximatæ; cirri tentaculares elongati, paris 3:ii segmentum 18 attingunt; dentes maxillæ 13.

Sinus extra Guajaquil fundo 25—30 orgyiarum.

T. XX, 7, **Leptonereis lævis.** — 7 B, Pars anterior aucta, supra visa. — 7 C, Eadem pars infra visa. — 7 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 7 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Fam. NEPHTHYDEA (Grube).

Antennæ 2 et interdum palpi 2; tentaculum nullum; lobus cephalicus deplanatus, postice medio retractus; pharynx exsertilis cylindrica, papillis lateralibus et terminalibus ornata, superficie interna maxillis binis humilibus armata; pedes dorsuales, et ventrales validi, separati: dorsuales branchia dorsuali (= lobe membraneux de la rame dorsale), cirro terminali (= appendice tentaculiforme de la rame dorsale) pro cirro dorsuali et branchia cirrhosa cellulosa, ad partem externam inferiorem pedis superioris adhærente; pedes ventrales branchiis terminalibus et cirris ventralibus præditi.

Gen. NEPHTHYS (Cuv.).

Antennæ 2 et palpi 2 forma æquales, marginales; setæ annulatæ et læves; maxillæ duæ, humiles, ungulatæ.

Nephthys prætiosa n.

Lobus cephalicus margine rotundatus, postice ad segmentum 3 retractus; palpi a media parte marginis lobi cephalici orientes, antennis duplo longiores; branchia dorsualis remiformis.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata fundo 52 orgyiarum.

T. XXII, 1, **Nephthys prætiosa.** — 1 B, Pars anterior animalis cum proboscide exserta, superne visa, aucta. — 1 F^{10} & F^{60}, Pedes segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 1 G, Setæ 300:ies auctæ.

Nephthys imbricata Grube?

Lobus cephalicus margine rotundatus (pentagonus Grube), postice ad segmentum 2 retractus; antennæ et palpi æquales; hi ante mediam partem lobi cephalici orientes; branchiæ dorsuales humiles.

? *Nephthys imbricata* Grube, Ann. Örst. Vid. Med. 1857, 168.

Valparaiso inter radices fucorum.

T. XXII, 2, **Nephthys imbricata.** — 2 B, Pars anterior animalis cum proboscide exserta, superne visa, aucta. — 2 F^{10} & F^{60}, Pedes segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 2 G, Setæ 300:ies auctæ.

Fam. PHYLLODOCEA (Grube).

Phylladociens proprement dits Quatref.

Oculi humiles, mediocres; antennæ 2 et palpi 2 æquales; tentaculum singulum vel nullum; pharynx exsertilis elongata maxillis nullis; branchiæ foliaceæ 2, interdum sub-cylindricæ.

Gen. PHYLLODOCE (Sav.).

S. str.

Corpus longum; tentaculum nullum; antennæ 2 et palpi 2 æquales; oculi 2 mediocres; pedes singuli; branchia superior et inferior; setæ compositæ articulo acuto serrulato.

Phyllodoce gracilis n.

Lobus cephalicus rotundatus, postice excisus; oculi magni, obliqui; antennæ et palpi dimidia parte lobi cephalici breviores; cirri tentaculares paris 3:ii et spurii apices antennarum superant; branchiæ foliosæ superiores ovales, elongatæ.

Eimeo, insula Societatis, inter corallia externa, summa aqua.

T. XXII, 3, **Phyllodoce gracilis.** — 3 B, Pars anterior cum proboscide exserta, superne visa, aucta. — 3 D, Pars anterior animalis a latere dextro visa. — 3 F^{10} & F^{60}, Pedes segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 3 G, Seta 550:ies aucta.

Phyllodoce Novæ Hollandiæ.

Lobus cephalicus elongatus, ovalis, postice excisus; oculi mediocres, rotundati; antennæ et palpi dimidiam longitudinem lobi cephalici æquantes; cirri tentaculares illos sp. præcedentis æquantes; branchiæ foliosæ, superiores lato-ovales, validæ.

Port Jackson Novæ Hollandiæ fundo 12 orgyiarum.

T. XXII, 4, **Phyllodoce Novæ Hollandiæ.** 4 A, Animal superne visum, magnitudine naturali. — 4 B, Pars anterior superne visa, aucta: h′, h″, h‴, j, cirri tentaculares.

Gen. EULALIA (Sav.).

Corpus longum; tentaculum singulum; antennæ 2 et palpi 2 æquales; oculi 2, mediocres; pedes singuli; branchia superior et inferior.

Eulalia lobocephalica Schmarda.

Lobus cephalicus ovalis fronte pharyngo retracto depressa; tentaculum ante oculos oriens, tenue, dimidia parte lobi cephalici longius; antennæ et palpi tentaculo breviores sed crassiores; cirri tentaculares paris primi breves, reliqui elongati; pharynx exsertilis elongata, ubique papillosa, papillis minutis; branchiæ superiores foliosæ, ovales, subacutæ.

Eulalia lobocephalica Schmarda, N. Wirbell. Thiere I, ii, 86. T. xxx f. 236.

Valparaiso inter radices fucorum; Callao.

T. XXII, 5 & 6, **Eulalia lobocephalica.** — 5 B, Pars anterior cum proboscide exserta, superne visa, aucta. — 5 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 5 G, Seta aucta. — 6 B, Pars anterior, superne visa, aucta. — 6 C, Eadem pars infra visa. — 6 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et sexagesimi. — 6 G, Seta 300:ies aucta.

Eulalia Magalhaensis n.

Lobus cephalicus brevis, latus, obtusus; tentaculum parum ante oculos oriens, dimidiam longitudinem lobi cephalici æquans; antennæ et palpi $\frac{2}{3}$ lobi cephalici æquantes; cirri tentaculares paris 1 et 4 breves; pharynx exsertilis elongata, clavata, papillosa, papillis minutis; branchiæ foliosæ: superiores acutæ, posteriores longissimæ.

Fretum Magalhaense juxta insulam Buket, fundo 2—4 orgyiarum.

T. XXIII, 1, **Eulalia Magalhaensis.** — 1 B, Pars anterieor cum proboscide exserta, superne visa, aucta. — 1 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 1 G, Seta 525:ies aucta.

Eulalia picta n.

Lobus cephalicus brevis, latus, margine anteriore semicirculari; tenteculum inter oculos oriens, tenuis, dimidia longitudine lobi cephalici brevius; antennæ et palpi vero dimidiam longitudinem ejus

æquans; cirri tentaculares breves, longissimi, branchiis parum longiores; pharynx exsertilis verrucosa; branchiæ foliosæ, superiores ovales, obtusæ, elongatæ nullæ.

Loco speciei præcedentis.

T. XXIII, 2, **Eulalia picta.** — 2 B, Pars anterior cum proboscide exserta, superne visa, aucta. — 2 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 1 G, Seta 550:ies aucta.

Eulalia havaica n.

Lobus cephalicus semiglobosus; tentaculum ante oculos oriens, longitudine dimidia lobi cephalici longius; antennæ et palpi dimidia ejus parte longiores; cirri tentaculares paris 3:ii apices antennarum superant; pharynx exsertilis papillosa, papillis brevibus, terminalibus validioribus; branchiæ foliosæ, superiores elongatæ, attenuatæ nec acutæ, inferiores breves, ovales.

Honolulu, inter corallia summa aqua.

T. XXIII, 3, **Eulalia havaica.** — 3 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 3 G, Seta 525:ies aucta.

Fam. ALCIOPEA n.

Phyllodocea alciopiens Quatrefages Comptes rendus l. c. 27 Mars 1865.

Lobus cephalicus angustus nec acutus; oculi duo, magni, laterales, ovales; antennæ et palpi æquales, terminales; cirri dorsuales et ventrales desunt; branchiæ ad pedes adhærentes, foliaceæ.

Gen. KRONIA Quatr.?

Tentaculum a superficie superiore lobi cephalici oriens; antennæ 2 et palpi 2 æquales; cirri tentaculares 8, laterales; branchiæ binæ foliaceæ; cirri ventrales et terminales desunt; setæ aciculiformes compositæ; cirrus analis singulus.

Kronia Angelini n.

Corpus elongatum; lobus cephalicus longitudine mediocri segmenta 6 proxima æquans; tentaculum breve; frons alta; oculi obliqui; setæ copiosæ.

Mare chinense 20° lat. boreal., 107° long. or., summa aqua. Schlöer. Mus. Holm.

T. XXIII, 4, **Kronia Angelini.** — 4 B, Pars anterior cum proboscide exserta, superne visa, aucta: b, oculi. — 4 C, Eadem pars infra visa. — 4 F^{10} & F^{50}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti quinquagesimi. — 4 G, Seta aucta.

Kronia Auroræ n.

Corpus elongatum; lobus cephalicus longiusculum; tentaculum cirrosum; frons producta; oculi elongati, ovales; setæ paucæ.

Mare atlanticum juxta Funchal insulæ Helenæ.

T. XXIII, 5, **Kronia Auroræ.** — 5 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 5 C, Eadem pars infra visa. — 5 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 5 G, Seta 300:ies aucta.

Gen. ALCIOPA Aud. et Edw.

Tentaculum deest l. obsoletum; antennæ 2 et palpi 2 æquales; oculi 2, maximi; cirri tentaculares 8, laterales; branchiæ binæ foliacæ; glandulæ segmentorum laterales; setæ simplices, filiformes.

Alciopa atlantica n.

Corpus breve; lobus cephalicus brevis, antice depressus; oculi longitudine lobum cephalicum æquantes; setæ parum numerosæ; aciculi complures.

Mare atlanticum 3° 1″ latid. boreal., 25° longit. occid. E. Ekströmer. Mus. Holm.

T. XXIII, 6, **Alciopa atlantica.** — 6 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 6 C, Eadem pars infra visa. — 6 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 6 G, Setæ 300:ies auctæ.

Fam. HESIONIDA (Schmarda).

Hesionea Quatrefages, La Classification des annélides, Compt. rendus LX. 27 Mars 1865. Ex parte.

Corpus breve; antennæ 2; palpi 2; oculi 4; pedes integri, singuli; cirri dorsuales et ventrales.

Gen. HESIONE Sav.

Hesione Eugeniæ n.

Lobus cephalicus humilis, rectangularis, segmentum primum corporis parum longior; oculi anteriores transversi; cirri dorsuales anteriores latitudine corporis longiores; cirri ventrales apices setarum non attingentes.

Pars australis freti Bangka.

T. XXIII, 8, **Hesione Eugeniæ** — 8 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 8 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 8 G, Seta aucta.

Gen. LEOCRATES n.

Tentaculum; oculi sessiles, sursum vergentes nec laterales; pharynx exsertilis maxilla singula media, supera, elongata, cylindrica, edentata armata; cirri tentaculares 16; pedes dorsuales et ventrales non discreti, fasciculo vero setarum dorsuali superiore, et ventrali terminali præditi; setæ fasciculi dorsualis lineares, serrulatæ, ventralis compositæ, articulis mediis et longis, apicibus bidentatis.

Leocrates chinensis n.

Lobus cephalicus latus, rectangularis, segmenta tria proxima longitudine æquans; tentaculum breve, dimidiam partem antennarum vix attingentes; cirri dorsuales latitudine corporis longiores.

China, mare juxta castrum prope Hongkong, fundo 2 orgyiarum.

T. XXIII, 7, **Leocrates chinensis.** — 7 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 7 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 7 G, Setæ 300:ies auctæ.

Fam. GLYCEREA (Grube).

Genus *Glycera* auctorum.

Papillæ pharyngis laterales et terminales; maxillæ quatuor situ radiatæ, terminales, ungulatæ; lobus cephalicus conicus appendicibus terminalibus 4 æqualibus, minutis; segmentum buccale lobo cephalico latius, appendicibus carens; cirrus dorsualis brevis, lateralis; cirri ventrales in branchiam terminalem inferiore mutati; ovaria tuberculiformia, cirrosa et fruticosa.

Gen. GLYCERA Sav.

Corpus antice et postice attenuatum, teres, segmentis numerosis; maxillæ processu laterali longo et brevi præditæ; branchiæ terminales, cum cirro ventrali, plærumque 5:næ; setæ limbatæ acutæ, simplices et compositæ.

Glycera papillosa Grube.

Lobus cephalicus 10-annulatus; segmentum buccale mediocre; papillæ pharyngis membranaceæ, minutæ, conicæ; branchiæ terminales minutæ, 3:næ.

Glycera papillosa Grube. Annul. Örstediana, Vidensk. Meddel. 1857 p. 176.

Valparaiso, fundo 6—8 orgyiarum.

T. XXI, 3, **Glycera papillosa.** — 3 B, Pars anterior cum proboscide exserta, superne visa, aucta. — 3 E, Maxilla. — 3 F^{10} & F^{40}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti quadragesimi. — 3 G, Setæ 550:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Glycera lævis n.

Lobus cephalicus lævis, brevis, segmenta 6 æquans; segmentum buccale latum, breve; papillæ pharyngis membranaceæ, conicæ et ovales; pedes elongati; branchiæ terminales elongatæ, 5:næ; ovaria tuberculiformia, posteriora cirrosa et ramosa.

Mare atlanticum long. occid. 40° 55′, lat. austr. 22° 30′, fundo 20—30 orgyiarum.

T. XXI, 4 & 5, **Glycera lævis.** — 4 B & 5 B, Partes anteriores cum proboscide exserta, superne visæ, auctæ. — 5 E′, Maxilla. — 4 F^{10} & 5 F^{10}, Partes laterales segmenti decimi. — 5 F^{60}, Pars lateralis segmenti sexagesimi. — 4 G & 5 G, Setæ 550:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Glycera jucunda n.

Lobus cephalicus 12-annulatus, sulcis obsoletis; segmentum buccale cylindricum, dimidiam partem longitudinis lobi cephalici æquans; papillæ pharyngis membranaceæ, conicæ aliæque obtusæ; branchiæ terminales 5:næ, posteriores longiores; ovaria cirrosa, multifida, sessilia.

Portus urbis Rio Janeiro fundo 4 orgyiarum.

T. XXI, 6, **Glycera jucunda.** — 6 B, Pars anterior cum proboscide exserta, superne visa, aucta. — 6 F^{10} & F^{120}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti centesimi viginti. — 6 G, Setæ 550:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Glycera pacifica n.

Lobus cephalicus 11-annulatus, parte posteriore sulcis longitudinalibus prædita; segmentum buccale postice dilatatum, breve; papillæ pharyngis membranaceæ, clavatæ; branchiæ terminales 5:næ; ovaria papillæformia et fruticosa.

Mare pacificum: insula Foua, inter corallia externa fundo 1—2 pedum.

T. XXI, 7, **Glycera pacifica.** — 7 B et C, Partes anteriores auctæ. — 7 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 7 G, Setæ 550:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

GEN. HEMIPODIA QUATREF.

"*Hemipodie*" QUATREF. Note. Compt. rendus 27 Mars 1865.

Maxillæ 4; processus lateralis longus; papillæ conicæ, obtusæ; pedes singuli; branchiæ singulæ, terminales; cirri dorsuales laterales, remoti; cirri ventrales; setæ spinigeræ; aciculæ singulæ.

Hemipodia patagonica n.

Lobus cephalicus brevis, segmenta 6 longitudine æquans, obsolete annulatus; segmentum buccale postice dilatatum; papillæ pharyngis conicæ, obtusæ, humiles; branchiæ singulæ, terminales, minutæ; cirrus dorsualis lateralis, tuberculiformis; cirrus ventralis basalis vel inferus; setæ tenuissime serrulatæ.

Fretum Magalhaense: York Bay fundo 4—6 orgyiarum.

T. XXI, 8, **Hemipodia patagonica.** — 8 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 8 E', Maxilla. — 8 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 8 G, Seta aucta.

FAM. GONIADEA n.

Gen. *Goniada* auctorum.

Maxillæ corneæ ordinum 3—5: angulatæ, terminales laterales, transversæ dorsuales, interdum etiam transversæ ventrales et radiatæ; lobus cephalicus conicus appendicibus terminalibus 4 æqualibus; pedes partis mediæ et posterioris corporis utrinque binæ; branchiæ terminales, simplices et compositæ.

GEN. GONIADA AUD. et EDW.

Maxillæ terminales laterales ungulatæ vel ungulato dentatæ, reliquis validiores; maxillæ transversæ dorsuales 3, minutæ, dentatæ, radicibus binis; maxillæ transversæ ventrales desunt; maxillæ radiatæ, interdum non visæ, 4:næ, tenues; papillæ pharyngis laterales, humiles, inclinatæ, margine cordiformi; setæ limbatæ, acutæ, simplices et compositæ.

Goniada Virgini n.

Maxillæ angulatæ utrinque 5; maxillæ transversæ dentibus 2 perspicuis præditæ; radiatæ nullæ (?); lobus cephalicus 12-annulatus.

Mare atlanticum prope Rio Janeiro fundo 30—40 orgyiarum.

T. XXI, 9, **Goniada Virgini.** — 9 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 9 D, Pars anterior cum proboscide exserta a latere sinistro visa. — 9 E, Maxillæ angulatæ auctæ. — 9 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 9 G, Setæ 550:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Gen. LEONNATUS n.

Lobus cephalicus annulatus; maxillæ angulatæ, laterales, transversæ dorsuales et ventrales numerosæ; pedes anteriores singuli, posteriores bini; setæ horum subulatæ et limbatæ compositæ.

Leonnatus vorax n.

Maxillæ angulatæ utrinque 13, laterales 5-dentatæ, transversæ dorsuales 16, ventrales 23; papillæ laterales humiles, conicæ, apice singulo vel duplici; lobus cephalicus 8-annulatus.

Mare atlanticum; long. occid. 40° 55′, latid. austr. 22° 30′ fundo 20—30 orgyiarum.

T. XXI, 10, **Leonnatus vorax.** — 10 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 10 C, Eadem pars infra visa. — 10 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 10 G, Seta 300:ies aucta.

Gen. LACHARIS n.

Lobus cephalicus annulatus, conicus, appendicibus nullis; maxillæ numerosæ, terminales ordinum trium; pedes singuli; branchiæ terminales, cirrosæ; setæ compositæ nec aristatæ.

Lacharis crudelis n.

Maxillæ transversæ 5, dentibus terminalibus 4; radiatæ apice ungulato, singulo armatæ; lobus cephalicus 9-annulatus.

Praya grande juxta Rio Janeiro.

T. XXI, 2, **Lacharis crudelis.** — 2 B et C, Partes anteriores corporis auctæ. — 2 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 2 G, Setæ 425:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Fam. SYLLIDEA (Grube).

Maxillæ minutissimæ, singulæ vel nullæ; palpi 2 validi; oculi 4; tentaculum et antennæ 3—5 cirrique dorsuales remoti, annulati, raro læves; segmentum buccale singulum, superne breve, cirris tentacularibus lateralibus utrinque binis, aut cum lobo cephalico coadnatum cirris tentacularibus nullis.

Genera et species Syllideorum plurima non satis cognita. Descriptio igitur nostra fortasse mutanda sit. Genera et species nostra ita distinguenda.

Gen. HETEROSYLLIS (Quatr.?).

Oculi minuti; tentaculum; antennæ 4; maxilla pellucida, semilunaris, postice rotundata, acie edentata; setæ falcigeræ articulis mediocribus, rectis acie convexa, apice bidente; cirri ventrales.

»Pieds mobiles. Des cirrhes dorsaux et abdominaux. Pas de tubercules sur le corps. Gésier inerme. Tête et anneau buccal distincts. Des lobes frontaux. 5 antennes.» — Quatrefages Note sur la classif. d. Ann., Comptés rendus LX, 27 Mars 1865.

Heterosyllis havaica n.

Oculi anteriores posterioribus distantiores et majores; tentaculum inter oculos anteriores, apices palporum parum superat; antennæ exteriores minutæ, inter antennas interiores et palpos orientes; cirri dorsuales latitudinem segmentorum longitudine æquantes annulis c. 24; cirri ventrales breves.

Honolulu, inter corallia mortua summa aqua.

T. XXIV, 1, **Heterosyllis havaica.** — 1 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 1 C, Eadem pars infra visa. — 1 F[9], Pars lateralis segmenti noni.

Gen. SYLLIS (Sav.).

Oculi mediocres et minuti; tentaculum; antennæ 2; maxilla nulla; setæ falcigeræ articulis brevibus et mediocribus, acie parum excavata, apice singulo, curvato; cirri ventrales.

Syllis californica n.

Oculi minuti anteriores posterioribus distantiores et majores; tentaculum inter oculos posteriores; antennæ tertia sua parte palpos superantes, cirris tentacularibus dorsualibus multo breviores; segmentum buccale superne segmento primo parum brevius; cirri dorsuales, imprimis anteriores, latitudine segmentorum valde superantes, annulis 24 et ultra.

Sausolita Bay prope S:t Francisco Californiæ, summa aqua.

T. XXIV, 2, **Syllis californica.** — 2 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 2 C, Eadem pars infra visa. — 2 F, Pars lateralis segmenti?. — 2 G, Seta 500:ies aucta.

Gen. THOE n.

Oculi minuti; tentaculum; antennæ 2; segmentum buccale cum cirris tentacularibus utrinque 2; maxilla unica leviter arcuata, compressa, radice rotundato; papillæ pharyngis 10—11; setæ falcigeræ, infra spinam articularem inflatæ, transversim serrulatæ, articulis brevibus et mediocribus, apice spina transversa armato; cirri ventrales.

Thoe fusiformis n.

Oculi anteriores majores et distantiores; tentaculum inter oculos posteriores a margine posteriore lobi cephalici oriens, quarta parte apices palporum superat; segmentum buccale superne segmentum primum longitudine æquans; cirri tentaculares dorsuales et ventrales æquales; cirri dorsuales longi; cirri ventrales elongati.

Port Jackson prope Sidney summa aqua.

T. XXIV, 3, **Thoe fusiformis.** — 3 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 3 C, Eadem pars infra visa. — 3 F[10], Pars lateralis segmenti decimi. — 3 G, Seta 300:ies aucta.

Gen. EURYMEDUSA n.

Oculi mediocri; tentaculum; antennæ 2; segmentum buccale cum cirris tentacularibus utrinque 2; maxilla unica, margine pyriformi, lateribus dilatatis, medio carinata et stris mediis longitudinalibus posticis transversis, semicircularibus; setæ anteriores falcigeræ articulis brevibus, spina articularis elongata, posteriores simplices, robustæ, bifidæ; cirri ventrales.

Eurymedusa picta n.

Oculi in rectangulo siti; tentaculum inter oculos posteriores, partibus duobus tertiis palpos superans; segmentum buccale superne medio productum, breve, dimidiam longitudinem segmenti primi æquans; cirri tentaculares ventrales tentacularibus dorsualibus breviores; cirri dorsuales anteriores latitudine corporis longiores, posteriores breviores; cirri ventrales breves.

Port Jackson Novæ Hollandiæ summa aqua.

T. XXIV, 4, **Eurymedusa picta.** — 4 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 4 G, Seta aucta.

Gen. LAOMEDORA n.

Oculi minuti; tentaculum; antennæ 2; segmentum buccale cum cirris tentacularibus utrinque 2; maxilla nulla; cirri dorsuales fuciformes, setæ falcigeræ articulis brevibus et mediocribus, aliæ paucæ simplices, bifidæ, apicibus brevibus; cirri ventrales.

Laomedora fusifera n.

Oculi in linea arcuata siti; tentaculum inter oculos anteriores a media parte lobi cephalici oriens, dimidia sua longitudine apices palporum superans; segmentum buccale breve; cirri tentaculares ventrales tentacularibus dorsualibus breviores; cirri dorsuales anteriores latitudine corporis, posteriores breviores; cirri ventrales breves.

Insula Chincha; habitat inter radices fucorum fundo 1—2 orgyiarum.

T. XXIV, 5, **Laomedora fusifera.** — Pars anterior superne visa, aucta. — 5 F^{20}, Pars lateralis segmenti vicesimi. — 5 G, Seta 550:ies aucta.

Fam. ARICIEA (Audouin et Edwards).

Genus *Aricia* auctorum.

Maxillæ nullæ; papillæ pharyngis juxta orificium oris parvæ vel obsoletæ; tentacula, antennæ, et palpi nulli vel minuti; oculi nulli; lobus cephalicus conicus, terminalis; segmentum buccale pedibus nudum; cirri tentaculares 2 vel nulli; mutatio segmentorum; branchiæ dorsuales cirrosæ, in segmentis anterioribus nullæ; setæ plurimæ capillares, annulatæ.

Gen. ALCANDRA n.

Lobus cephalicus nudus, terminalis; oculi, tentaculum, antennæ et palpi nulli; segmentum buccale, pedibus carens, cirris tentacularibus 2; branchiæ dorsuales segmenti corporis 1—4 nullæ, postea utrinque singulæ, postice utrinque duplices; branchia secunda et tertia; setæ capillares annulato-serrulatæ; aciculæ numerosæ, arcuatæ, facie convexa serrulata, aliæque leves.

Alcandra robusta n.

Lobus cephalicus semiglobosus, brevior quam segmentum buccale, segmento primo duplo longius; branchiæ dorsuales, dorsum in partes 3 æquales dividentes, secundæ mediæ et posteriores et tertiæ elongatæ.

Mare atlanticum prope Rio Janeiro, fundo 20—30 orgyiarum.

T. XXIV, 6, **Alcandra robusta.** — 6 B, Pars anterior supra visa, aucta. — 6 F^{10} & F^{50}, Partes laterales segmenti decimi et quinquagesimi. — 6 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, u', inferiores.

Gen. LACYDES n.

Lobus cephalicus nudus, terminalis; oculi, tentaculum, antennæ, palpi et cirri tentaculares nulli; segmentum buccale nudum; branchiæ dorsuales segmenti 1—5 nullæ, postea utrinque singulæ; branchia secunda et tertia; setæ capillares annulato-serrulatæ; aciculæ arcuatæ apice aut acuto, annulato-serrulato, aut obtuso, brevi.

Lacydes havaicus n.

Lobus cephalicus brevis, obtusus, longitudine segmenti buccali, segmentum primum corporis æquantis; branchiæ dorsuales prope pedes dorsuales orientes, secundæ et tertiæ mediæ et posteriores elongatæ.

Oahu, juxta Honolulu inter corallia mortua summa aqua.

T. XXIV, 7, **Lacydes havaicus.** — 7 B, Pars anterior supra visa, aucta. — 7 F^{10} & F^{60}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti sexagesimi. — 7 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, u', u'', inferiores.

Gen. LABOTAS n.

Lobus cephalicus nudus, terminalis; oculi, tentaculum, antennæ, palpi et cirri tentaculares nulli; segmentum buccale nudum; branchiæ dorsuales segmenti 1—7 nullæ, postea utrinque singulæ, anteriores minutæ, omnes cirrosæ; setæ annulato-serrulatæ, inclinatæ, aliæ capillares, obsolete serrulatæ; aciculæ subrectæ, obtusæ.

Labotas Novæ Hollandiæ n.

Lobus cephalicus conicus, acutus, segmento buccali, segmentum primum corporis æquanti, longior; branchiæ dorsuales anteriores procul a pedibus, juxta partem mediam tertiam dorsi orientes, secundæ et tertiæ anteriores breves, posteriores elongatæ, cirrosæ.

Port Jackson novæ Hollandiæ fundo 12 orgyiorum.

T. XXIV, 8, **Labotas Novæ Hollandiæ.** — 8 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 8 F^{10} & F^{50}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti quinquagesimi. — 8 G, Setæ 300:ies auctæ: s & u, superior et inferior pedis decimi; su, seta pedis quinquagesimi.

Fam. SPIODEA (Grube).

Gen. PERIALLA n.

Lobus cephalicus deplanatus, ad segmentum buccale et segmentum 1 et 2 adhærens; oculi 4; tentaculum singulum; antennæ 2, papillæformes; cirri tentaculares 2, longissimi; branchiæ cirrosæ basi compressa; setæ pedum paris quinti orbiculatæ, apice brevi, inclinato, pedum reliquorum simplices, limbatæ acutæ et uncinatæ robustæ.

Perialla Claparedei n.

Lobus cephalicus elongatus, lateribus rectis; oculi minuti, in quadrangulo siti, sursum spectantes; tentaculum pone oculos obvium, tuberculiforme, minutissimum; cirri tentaculares segmentum 16 attingentes.

Portus ad Rio Janeiro fundo 4—5 orgyiarum.

T. XXIV, 9, **Perialla Claparedei.** — 9 A, Animal dupliciter auctum. — 9 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 9 C, Eadem pars infra visa. — 9 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 9 G, Setæ: s, s', superiores 550:ies auctæ; u, inferior 550:ies aucta; u', inferior 233:ies aucta.

Fam. AONIDEA (Grube).

Gen. MANDANE n.

Lobus cephalicus inter et ante pedum paris 1 et 2; oculi 2 (—4 ?); tentaculum singulum; nec antennæ nec cirri tentaculares; branchiæ binæ, foliosæ; pedes duplices, separatæ; setæ simplices subulatæ, sublimbatæ et spinosæ.

Mandane brevicornis n.

Lobus cephalicus minutus, margine anteriore arcuato, lateribus obsoletis; oculi minuti, approximati; tentaculum basi crassiore instructum apiceque tenui.

Mare atlanticum extra ora Braziliæ prope Rio Janeiro, fundo 30 orgyiarum.

T. XXIV, 10, **Mandane brevicornis.** — 10 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 10 F^{10} & F^{50}, Partes laterales segmenti decimi et segmenti quinquagesima. — 10 G, Setæ 300:ies aucta: s, superiores; u, inferiores.

Fam. CIRRATULIDA Carus.

Genus *Cirratulus* Lam.

Maxillæ nullæ; papillæ pharyngis nullæ; lobus cephalicus nudus, conicus vel semiglobosus, terminalis; segmenta buccalia tria; branchiæ dorsuales, cirrosæ; setæ capillares fascicula bina utrinque fingentes; uncini.

Gen. TIMARETE n.

Lobus cephalicus dilatatus; oculi nulli; segmenta buccalia tria, superne annulata; branchiæ tentaculares a segmentis 4—7 orientes, series transversas 2—3 fingentes, filiformes; branchiæ dorsuales posteriores decrescentes; pedes duplici, inter se remoti; setæ capillares elongatæ, antice satis numerosæ, læves et serrulatæ; uncini parum arcuati, breves.

Timarete fecunda n.

Lobus cephalicus brevis margine tenui, subtus medio rotundatus, fissus; branchiæ tentaculares 33 et ultra, longissimæ; segmenta, pedes ferentia, 68 et ultra; longitudio 15 m.m. ♀.

Port Jackson summa aqua.

T. XXV, 1, **Timarete fecunda.** — 1 B, Pars anterior supra visa, aucta. — 1 C, Eadem pars infra visa. — 1 F^{15}, Pars lateralis segmenti quindecimi. — 1 G, Setæ 233:ies auctæ: s, s', superiores; u, inferior.

Gen. PROMENIA n.

Segmenta buccalia tria; branchiæ tentaculares a margine posteriore segmenti buccalis tertii orientes, numerosi, seriem transversam fingentes, filiformes; branchiæ

dorsuales a parte externa superficiei superioris segmentorum fere omnium orientes; pedes duplici, inter se remoti; setæ capillares sublimbatæ læves, acutæ, elongatæ; uncini parum arcuati.

Promenia jucunda n.

Lobus cephalicus semiglobosus, depressus, maculis utrinque 7; branchiæ tentaculares 14 et ultra, longissimæ; segmenta, pedes ferentia, 62 vel nonnulla ultra; longitudo 15—35 m.m.

Fretum Magalhaense, juxta insulam Buket.

T. XXV, 2, **Promenia jucunda.** — 2 A, Animal magnitudine naturali. — 2 B, Pars anterior superne visa, aucta. — 2 C, Eadem pars infra visa. — 2 F^{15}, Pars lateralis segmenti quindecimi. — 2 G, Setæ 233:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Gen. ARCHIDICE n.

Segmenta buccalia tria; branchiæ tentaculares utrinque quatuor, ad segmentum buccale tertium hærentes; branchiæ dorsuales a parte externa superficiei superioris segmentorum anteriorum et a pedibus remotæ orientes, filiformes, in segmentis pluribus obviæ; pedes duplici, inter se remoti; setæ limbatæ serrulatæ, acutæ; aciculæ rectæ; styli elongati, recti, pedis utriusque postice bini.

Archidice patagonica n.

Lobus cephalicus brevis, humilis, oculis carens; branchiæ tentaculares longitudine inæquales, elongatæ, nonnullæ longissimæ; segmenta, pedes ferentia, 185; longitudo 135 m.m.

Fretum Magalhaense juxta insulam Buket.

T. XXV, 3, **Archidice patagonica.** — 3 A, Animal, magnitudine naturali — 3 B, Pars anterior supra visa, aucta. — 3 C, Eadem pars infra visa. — 3 F^{30}, Pars lateralis segmenti trigesimi. — 3 G, Seta 233:ies aucta.

Fam. OPHELIACEA (Grube).

Ophelia Savigny.

Genera *Eumenia* Örsd., *Scalibregma* Rathke, *Branchoscolex* Schmarda excludenda.

Corpus fusiforme vel parum elongatum; lobus cephalicus nudus, terminalis; os inferum, transversum; maxillæ nullæ; branchiæ cirrosæ; pedes humiles.

Gen. TRAVISIA Johnston.

Ammotrypane Rathke, ex parte.

Corpus fusiforme, segmenta 3-, 2- et 1-annulata; lobus cephalicus minutus, terminalis, nudus; segmenta buccalia tria, omnia pedibus instructa; os inferum, transversum; pharynx sine papillis et maxillis; pedes duplices, distantes, setis capillaribus rectis et late arcuatis; branchiæ cirrosæ, anteriores et posteriores usque a segmento buccali secundo, minutæ; segmenta posteriora tuberculis binis utrinque prædita.

Travisia lithophila n.

Lobus cephalicus conicus, brevis; sulci inter segmenta buccalia humiles, partim obsoleti; branchiæ corporis medii latitudine ejus breviores, anteriores et posteriores breves, hæ sub tuberculis dorsualibus occultæ; segmenta 52.

Port Jackson juxta Sidney fundo 12—20 orgyiarum.

T. XXV, 4, **Travisia lithophila.** — 4 A, Animal, magnitudine naturali. — 4 B, Pars anterior animalis superne visa, aucta. — 4 C, Eadem pars infra visa. — 4 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 4 G, Seta 230:ies aucta. — 4 X, Extremitas posterior corporis.

Gen. DINDYMENE n.

Corpus fusiforme; segmenta 3—2-annulata; lobus cephalicus minutus, terminalis, nudus; segmenta buccalia tria, primum nudum; os inferum, transversum; pharynx sine papillis et maxillis; pedes duplices, distantes, setis capillaribus: aliis lævibus, aliis serrulato-ciliatis; branchiæ cirrosæ, usque a segmento buccali secundo; segmenta posteriora tuberculis binis utrinque prædita.

Dindymene concinna n.

Lobus cephalicus linguæformis, transversus, elongatus; sulci segmentorum buccalium conspicui; branchiæ breves, anteriores exceptæ, longitudine segmentorum breviores; segmenta, pedes ferentia, 34.

Algoa Bay, fundo 5—20 orgyiarum. G. v. Düben. Mus. Holm.

T. XXV, 5, **Dindymene concinna.** — 5 A, Animal, magnitudine naturali. — 5 B, Pars anterior supra visa, aucta. — 5 C, Eadem pars infra visa. — 5 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 5 G s, s′, s″, s‴, Setæ 230:ies auctæ. — 5 X, Extremitas posterior corporis aucta, supra visa.

Gen. CASSANDANE n.

Corpus elongato-ovale; lobus cephalicus terminalis, cum segmento buccale confluens; pharynx sine maxillis et papillis; pedes duplices, distantes, setæ capillares tenuissime serrulatæ; branchiæ cirrosæ, compressæ, subannulatæ, attenuatæ, in segmentis anterioribus nullæ; segmenta posteriora tuberculis carentia; cirri anales duo; papillæ hæmorrhoidales numerosæ.

Cassandane formosa n.

Lobus cephalicus conicus, acutus, apice tenui; orificium oris sub pare pedum primo situm; branchiæ in segmentis, pedes ferentibus, 1—8 nullæ; setæ posteriores et pedum dorsualium reliquis longiores; papillæ hæmorrhoidales ovales 14; segmenta pedes ferentia 40, 3—6-annulata.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo petroso et glareoso.

T. XXV, 6, **Cassandane formosa.** — 6 A, Animal magnitudine naturali. — 6 B, Pars anterior infra visa, aucta. — 6 F^{20}, Pars lateralis segmenti vicesimi. — 6 G, Seta 233:ies aucta. — 6 X & X′, Extremitates corporis posterioris auctæ, infra et supra visæ.

Gen. NITETIS n.

Corpus elongato-ovale, teres; lobus cephalicus terminalis, conicus, cum segmento buccali confluens; nec maxillæ nec papillæ pharyngis; pedes duplices, anteriores con-

juncti, breves; branchiæ cirrosæ, antice et postice nullæ; setæ aliæ capillares arcuatæ, aliæ serrulato-spinosæ; cirri anales duo; papillæ hæmorrhoidales numerosæ.

Nitetis prætiosa n.

Lobus cephalicus conicus, apice tenui; orificium oris sub et ante par primum pedum; branchiæ læves, elongatæ, in paribus pedum 8 anteriorum et 4 posteriorum desunt; papillæ hæmorrhoidales 10, elongatæ.

Mare atlanticum prope Cap. Virginis Patagoniæ, fundo petroso 32 orgyiarum.

T. XXV, 7, **Nitetis prætiosa.** — 7 A, Animal, magnitudine naturali. — 7 B, Pars anterior infra visa, aucta. — 7 F^{12}, Pars lateralis segmenti duodecimi. — 7 G, Setæ 233:ies auctæ: s, superior; u. inferior. — 7 X, Extremitas posterior corporis aucta.

Gen. LADICE n.

Corpus breviter fusiforme, subtus planum, sulcatum; lobus cephalicus terminalis, brevis, cum segmento buccali confluens; maxillæ nullæ; papillæ pharyngis elongatæ, fasciculos duos infra orificium oris fingunt; branchiæ cirrosæ; pedes singuli, fasciculis setarum binis, setæ capillares leves; anus prolapsus brevis cirris analibus et hæmorrhoidalibus elongatis.

Ladice adamantea n.

Lobus cephalicus semiglobosus; papillæ pharyngis utrinque tres; branchiæ læves, juxta setas orientes, in segmento, pedes ferente, primo et ultimis duobus desideratæ; cirri anales et hæmorrhoidales saltem 16.

Portus ad Rio Janeiro, fundo 4—5 orgyiarum.

T. XXV, 8, **Ladice adamantea.** — 8 B, Pars anterior superne visa, aucta. — Eadem pars infra visa. — 8 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 8 G, Seta 233:ies aucta. — 8 X & X′, Extremitates posteriores corporis, supra et infra visæ.

Gen. TERPSICHORE n.

Corpus fusiforme, subtus planum, sulcatum; lobus cephalicus terminalis, conicus, cum segmento buccali confluens; maxillæ nullæ; papillæ pharyngis elongatæ fasciculos duos infra orificium oris fingunt; branchiæ cirrosæ; pedes singuli, fasciculis setarum binis, setæ capillares limbatæ; segmentum anale elongatum, cylindricum cirris analibus duobus; anus prolapsus elongatus, superus, papillis hæmorrhoidalibus numerosis.

Terpsichore delapidans n.

Lobus cephalicus acutus apice tenuissimo; papillæ pharyngis utrinque 5, cirrosæ, paucæ, biramosæ; branchiæ læves, juxta setas orientes, in segmentis omnibus pedes ferentibus obviæ; papillæ hæmorrhoidales 16—20, ovales.

Valparaiso inter radices fucorum fundo petroso 1—2 orgyiarum, et fundo argilloso 7 orgyiarum.

T. XXV, 9, **Terpsichore delapidans.** — 9 A, Animal a latere visum, 3:ies auctum. — 9 B, Pars anterior corporis infra visa, aucta. — 9 C, Eadem pars a latere visa. — 9 F^{10}, Segmentum decimum. — 9 G, Seta 233:ies aucta. — Extremitas posterior corporis aucta.

Fam. CHLORÆMEA (Quatr.).

Fam. PHERUSEA Grube.

Gen. CHLORÆMA Dujardin.

PHERUSA Oken; [Leach. Crust. 1813].
SIPHONOSTOMUM Otto; Grube [Dum. Pisc. 1806].

Chloræma havaica n.

Branchiæ cephalicæ terminales, paucæ, papillæformes; pedes dorsuales et ventrales distantes, humiles, papillis c. 2:nis, brevibus, juxta setas pedum dorsualium sitis; setæ pedum dorsualium 1—5 longissimæ, antrorsum vergentes, annulatæ; setæ ventrales 4:næ, rectæ, apice leviter arcuato; segmenta 30; longitudo 16 m.m.

Honolulu inter corallia, summa aqua.

T. XXVI, 1, **Chloræma havaica.** — 1 A, Animal, magnitudine naturali. — 1 B, Pars anterior supra visa, aucta. — 1 C, Eadem pars infra visa. — 1 F^{10}, Pars lateralis segmenti decimi. — 1 G, Setæ 230:ies auctæ: s, seta elongata segmenti primi; s', superior; u, inferior. — 1 X, Extremitas posterior corporis, superne visa.

Chloræma tetragona (Schmarda).

Branchiæ cephalicæ terminales, numerosæ, cirrosæ; pedes distantes, papillis elongatis plurimis; setæ pedum ventralium binæ, apice arcuatæ; segmenta 37—40; longitudo, appendicibus cephalicis exceptis, 33 m.m.

Pherusa tetragona Schmarda. N. Wirbellose Thiere. I. ii. 20. T. xx. f. 168.

Cap. bonæ spei, summa aqua, Schmarda et ipse.

T. XXVI, 2, **Chloræma tetragona.** — 2 A, animal magnitudine naturali. — 2 B, Pars antica, supra visa, aucta. — 2 C, Eadem pars infra visa. — 2 F^{20}, Pars lateralis segmenti vicesimi. — 2 G, Setæ 230:ies auctæ: s, superior; u, inferior.

Gen. PIROMIS n.

Corpus latiusculum, segmentis subquadrangularibus; lobus cephalicus obsoletus; bases branchiarum duæ, conicæ, branchiis terminalibus cirrosis; segmentum buccale minutum a segmento primo corporis fere tectum et cinctum; pedes dorsuales et ventrales distantes: anteriores validi, antrorsum inclinati; setæ dorsuales annulatæ, ventrales articulatæ, articulo terminali ungulato.

Piromis arenosus n.

Corpus arenosum; branchiæ numerosæ; pedes anteriores 1—4 setis longioribus armati; setæ pedum ventralium c. 3:næ articulis elongatis; segmenta 71; longitudo 56 m.m.

Port Natal. Wahlberg. Mus. Holm.

T. XXVI, 3, **Piromis arenosus.** — 3 A, Animal magnitudine naturali. — 3 B, Pars cephalica supra visa, aucta. — 3 C, Eadem pars infra visa. — 3 F^{20}, Pars lateralis segmenti vicesimi. — 3 G, Setæ 230:ies auctæ: s, s', superiores; u, inferior.

Fam. MALDANEA Savigny.

Gen. NOTOMASTUS Sars, CAPITELLA Blainville, ANCISTRIA Quatrefages, AMMOCHARIS Grube excludenda.

Gen. MALDANE (Grube).

Lobus capitalis Gr. Caput Quatr. = Pars terminalis segmenti analis; etc. inverse.

Lobus cephalicus nudus, limbatus, truncatus, obliquus, parte inferiore productus; segmentum buccale biannulatum, nudum; segmenta setigera 19; setæ pedum dorsualium sursum spectantes, capillares ciliato-serratæ, aliæ longiores apicibus subtilissime serrulatæ; ventralium: uncini, series simplices componentes, rostrati.

Maldane Grube Beschr. neuer o. w. bek. Ann., Arch. f. Nat. g. XXVI. I. 1860 p. 92.

Quatrefages Hist. Nat. des Ann., II. i. 246.

Nec *Maldane* Malmgren, Nord. Hafs-Ann. Vet.-Ak. Förh. 1865—1866.

Maldane brasiliensis n.

Sulci faciales bini arcuati; setæ capillares aliæ infra apicem serrulatum anguste limbatæ, læves, aliæ læves, obliquæ, latius limbatæ; uncini, a segmentis 2—4 setigeris, pauci: 5—9, elongati, apice transverso, vertice serrulato striato, capillis oppositis; longitudo 45—60 m.m.

Mare atlanticum, milliar. 16 a Rio de Janeiro orient.-austral. versus, fundo orgyiarum 58. Wern-gren. Mus. Holm.

T. XXVI, 4, **Maldane brasiliensis.** — 4 B, Pars cephalica, supra visa, aucta. — 4 C, Eadem pars infra visa. — 4 F^6, Pars lateralis segmenti sexti. — 4 G, Setæ superiores et inferiores: s & s′ 300:ies auctæ, s″ 233:ies aucta; u 233:ies aucta. — 4 X, Extremitas posterior corporis, supra visa, aucta. — 4 X′, Eadem pars infra visa.

Gen. NECO n.

Lobus cephalicus limbatus; pedes ventrales segmentorum 1—3 [—4?] setigerorum stylis 1—3 validis, ceterorum uncinis uniserialibus; infundibulum.

Neco echeneis n.

Sulci faciales longitudinales, longi, antice parum divergentes; limbus elevatus, integer; setæ dorsuales capillares, rectæ, attenuatæ; styli segmentorum corporis 1—3 terni, robusti, apice obliquo; uncini, a segmento 4 corporis incipientes, elongati, apice transverso robusto, vertice serrulato, infra hoc longitudinaliter et oblique striati; long. segm. 10 anteriorum 25 m.m.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, long. occid. 57°, lat. austr. 39° 14′, fundo arenoso, arena nigra, subtili.

T. XXVI, 5, **Neco echeneis.** — 5 A, Pars anterior corporis dupliciter aucta. — 5 B, Pars cephalica supra visa, aucta. — 5 C, Eadem pars infra visa. — 5 F^5, Pars lateralis segmenti quinti. — 5 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superiores; u, inferior.

Gen. MYLITTA n.

Lobus cephalicus cum segmento buccali elongatus, convexus, integer, nudus, limbis carens; setæ dorsuales capillares, ventrales segmentorum corporis anteriorum

5 styliformes, utrinque singulæ; uncini segmentorum reliquorum elongati, series simplices fingentes.

Mylitta quinquemaculata n.

Sulci faciales longitudinales, breves nec margines attingentes, antice transversim arcuati; setæ capillares læves, anguste bilimbatæ elongatæ, apice leviter curvato; uncini tridentati, capillis arcuatis, oppositis; pars posterior incognita.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, long. occid. 55° 54′, lat. austr. 36° 50′, fundo arenoso et lapidoso.

T. XXVI, 6, **Mylitta quinquemaculata.** — 6 A, Pars anterior corporis, magnitudine naturali. — 6 B, Pars cephalica supra visa, aucta. — 6 C, Eadem pars infra visa. — 6 F^5, Pars lateralis segmenti quinti. — 6 G, Setæ 300:ies auctæ: s, superior; u, inferior; u′, seta inferior extremitatis posterioris corporis.

Fam. AMMOCHARIDEA.

Branchiæ tentaculares, a segmento buccali orientes, digitatæ; mutatio segmentorum; pedes dorsuales setis capillaribus et ventrales uncinis minutis numerosissimis.

Gen. AMMOCHARES Grube.

Corpus teres; segmenta anteriora brevia, media longissima, sulcis obsoletis; setæ dorsuales capillares, ventrales: uncini numerosissimi, minuti, elongati, series numerosas, approximatas fingentes.

Ammochares tegula n.

Branchiæ tentaculares latitudine corporis breviores, digitatæ, nonnullæ profunde fissæ, ramulis terminalibus papillæformibus; setæ capillares tenuissimæ, læves et obsolete serrulatæ; glandulæ cutaneæ (organa segmentorum) anteriores dorsuales; corpus non pellucidum; longitudo segm. 9 anteriorum 40 m.m.

Habitaculum cylindricum, teres, membrana robusta, pellucida, reticulata, fragmentis concharum, antrorsum imbricatis, dense vestita.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, long. occ. 55° 54′, latid. austral. 36° 50′, fundo lapidoso et arenoso.

T. XXVI, 7, **Ammochares tegula.** — 7 B & C, Partes anteriores corporis auctæ. — 7 F^2, segmentum secundum corporis. — 7 G, Setæ auctæ.

Anm. Beträffande **Orthyades Bairdi, Pharnaspis Lovéni** och **Ph. Wrighti** är det omöjligt att lämna några upplysningar. Utgifvaren har ej funnit någon beskrifning af dem och typerna finnas ej i riksmuseets förvar. På originalritningarna har Kinberg med blyerts antecknat släktnamnen **Ophelia** och **Clymene** vid sidan af ofvanstående på taflan XXVII tryckta namn.

Fam. HERMELLEA Grube.

Gen. PHRAGMATOPOMA Moerch.

Phragmatopoma Virgini n.

Paleæ internæ operculi 27 (l. 28?) chelæformes, externæ 66 truncatæ, spina elongata armatæ; papillæ operculi c. 50; series branchiarum utrinque 11; paleæ segmentorum 2—4: 6 majores et 6 mi-

nores alternantes, apice ciliato; setæ segmentorum reliquorum serrulatæ, acutæ; uncini dentati; cirri latitudine corporis breviores; segmenta 46; longitudo corporis 15 m.m.

Fretum Magalhaense juxta insulam Bucket.

T. XXVII, 4, **Phragmatopoma Virgini.** — 4 B, Pars anterior corporis aucta. — 4 C, Series branchiarum. — 4 F^3 & F^{17}, Partes laterales segmentorum 3 & 17. — 4 G, Setæ 233:ies auctæ: s & s', setæ superiores segmenti 17; s'', seta superior pedis 3; u, seta inferior pedis 3.

Fam. SERPULEA Burm.

Cirri tentaculares, ubi adsunt, cum cirris tentacularibus ventralibus, raro dorsualibus; branchiæ cum cirris tentacularibus dorsualibus, raro ventralibus, congruunt. Segmentum buccale semper branchiis et interdum etiam cirris tentacularibus nec vero pedibus nec setis præditum. Segmentum primum corporis pedes setasque præbens.

Gen. ZOPYRUS n.

Cirri tentaculares 2, distantes: alter infundibuliformis, alter clavatus; plicæ laterales; setæ aciculæformes, capillares et pectinatæ; aciculæ; uncini.

Zopyrus Lovéni n.

Corpus mediocre nec branchiis ter longius; radii branchiarum utrinque 14, dorso nudo; labium ventrale singulum, breve; cirri tentaculares mediocres, clavatus brevior; plicæ laterales ad segmentum 8 degredientes; mutatio segmentorum $^8/_9$; setæ aciculæformes spinulosæ; longitudo 14 m.m.; segmenta 73.

Fretum Magalhaense juxta insulam Bucket.

T. XXVII, 5, **Zopyrus Lovéni.** — 5 C, Pars anterior corporis, infra visa, aucta. — 5 F^1 & F^2, Segmenta setigera. — 5 G, Setæ auctæ: s, superiores; u, seta inferior. — 5 V, Pars extrema branchiæ aucta.

Gen. EUPOMATUS (Philippi) Schmarda.

Cirri tentaculares 2, apicibus æqualibus, infundibuliformibus cum bacillis; setæ limbatæ, pectinatæ; uncini dentati.

Eupomatus Plateni n.

Corpus gracile, branchiis multo longius; cirri tentaculares approximati, utrinque bacillis 10 præditi; dorsum radiorum branchiarum nudum.

Habitaculum calcarium, contortum, costis longitudinalibus tribus et sulcis transversis numerosis ornatum.

Mare atlanticum prope ostium fluvii La Plata, fundo argilloso et lapidoso.

T. XXVII, 6, **Eupomatus Plateni.** — 6 A, Animal auctum. — 6, Pars anterior corporis, infra visa, magis aucta. — 6 G, Setæ auctæ: s, limbatæ; s', pectinatæ; u, uncini. — 6 V, Pars extrema branchiæ aucta.

Gen. SABELLA (L.).

Cirri tentaculares duo, a parte anteriore interna basis branchiarum orientes, cirriformes nec operculis præditi; branchiæ duæ, radiis liberis; mutatio segmentorum; setæ simplices, limbatæ, acutæ: aliæ elongatæ, aliæ, juxta uncinos breves obviæ, breves, limbis brevibus, plus minusve dilatatis.

Sabella havaica n.

Corpus minutum nec branchiis ter longius; cirri tentaculares breves; bases branchiarum breves, vel spiram fingentes; radii utrinque 13; dorso papillis gemellis, conicis, paucis prædito; setæ limbatæ; uncini; longitudo 8 m.m.; segmenta 44.

Mare pacificum, extra litora corallina Honululu.

T. XXVIII, 4, **Sabella havaica.** — 4 C, Pars anterior corporis, subtus visa, aucta. — 4 F^4 & F^{10}, Partes laterales segmentorum 4 et 10. — 4 G s et s', Setæ capillares 300:ies auctæ. — 4 G u, Uncini 300:ies aucti. — 4 V, Pars extrema branchiæ aucta.

Sabella natalensis n.

Corpus robustum, elongatum nec branchiis 4:pl. longius; cirri tentaculares breves; bases branchiarum breves, in spira contortæ; radii utrinque 204, parte inferiore dorsi nuda; setæ limbatæ; uncini; longitudo 90 m.m.; segmenta 135—153.

Port Natal. Wahlberg. Mus. Holm.

T. XXVIII, 5, **Sabella natalensis.** — 5 A, Animal a latere visum, auctum. — 5 B, Pars cephalica supra visa, aucta. — 5 C, Eadem pars subtus visa, aucta. — 5 F^{10}, Pes segmenti decimi. — 5 G, Seta 233:ies aucta. — 5 V, Pars media branchiæ aucta.

Sabella Magalhaensis n.

Corpus mediocre nec branchiis 4:pl. longius; cirri tentaculares minuti, attenuati; bases branchiarum in circulo contortæ; radii utrinque c. 24, æquales, dorso nudo; setæ limbatæ et hastatæ; uncini.

Fretum Magalhaense juxta insulam Bucket.

T. XXVII, 7, **Sabella Magalhaensis.** — 7 C, Pars antica subtus visa, aucta. — 7 F^7 et F^{10}, Partes laterales segmentorum 7 et 10. — 7 G s. s', u et u', Setæ, 300:ies auctæ. — 7 V, Pars media branchiæ aucta.

Sabella Columbi n.

Corpus tenue, branchiis 3½ longius; cirri tentaculares minuti; bases branchiarum contortæ, breves nec spiram fingentes; radii utrinque 22, dorso nudo; setæ limbatæ; uncini; longitudo 25 m.m.; segmenta 52.

Mare atlanticum extra ostium fluvii La Plata, fundo petroso et glareoso.

T. XXVIII, 3, **Sabella Columbi.** — 3 C, Pars antica subtus visa, aucta. — 3 F, Partes laterales segmentorum 8 et 10. — 3 G s—s''' et u, Setæ et uncinus 300:ies auctæ. — 3 V, Apex branchiæ auctus.

Gen. DEMONAX n.

Cirri tentaculares nulli; operculum nullum; branchiæ liberæ; setæ limbatæ; uncini breves et subrostrati, series transversas dorsuales fingentes; mutatio segmentorum $^8/_9$.

Demonax leucaspis n.

Corpus mediocre nec branchiis 6:ies longius; bases branchiarum breves, apice parum elongato; radii utrinque 17; setæ limbatæ et lanceolatæ breviores; uncini; longitudo 20 m. m.; segmenta 65.

S:t Lorenzo, insula prope Callao, summa aqua.

T. XXVII, 8, **Demonax leucaspis.** — 8 C, Pars antica subtus visa, aucta. — 8 F^8 & F^{10}, Partes laterales segmentorum 8 et 10. — 8 G s—s'' et u, Setæ auctæ. — 8 G u, uncinus auctus. — 8 V, Apex branchiæ auctus.

Demonax incertus n.

Corpus mediocre nec branchiis 5:ies longius; bases branchiarum breves nec spiram fingentes; radii utrinque 21, dorso nudo; setæ sublimbatæ, subclavatæ; uncini; segmenta 65; longitudo 27 m.m.

Valparaiso, inter radices fucorum, fundo arenoso et lapidoso orgyiarum 2—3.

T. XXVIII, 1, **Demonax incertus.** — 1 A, Animal, longitudine naturali. — 1 C, Pars antica subtus visa, aucta. — 1 F^8 & F^{10}, segmenta 8 et 10. — 1 G, Setæ auctæ.

Demonax Cooki n.

Corpus minutum, branchiis ter longius; bases branchiarum breves nec spiram fingentes; radii utrinque 10—17, dorso nudo; setæ limbatæ; uncini; longitudine 9 m.m.; segmenta 50.

Mare pacificum, inter corallia mortua juxta litora prope urbem Honolulu insulæ Oahu, summa aqua.

T. XXVIII, 2, **Demonax Cooki.** — 2 C, Pars antica subtus visa, aucta. — 2 F^5 & F^{10}, Partes laterales segmentorum 5 & 10. — 2 G s—s'', Setæ 300:ies auctæ; u, uncinus auctus. — 2 V, Apex branchiæ auctus.

Gen. PARACHONIA n.

Cirri tentaculares 2, dorsuales, attenuati; branchiæ elongatæ, basibus contortis, radiis utrinque membrana conjunctis, ciliatis; mutatio segmentorum; setæ limbatæ, aciculæformes, clavatæ, truncato-ciliatæ; paleæ; uncini.

Parachonia Letterstedti n.

Corpus mediocre nec branchiis ter longius; radii branchiarum utrinque 8; collare postice integer, antice ad segmentum 4 descendens; mutatio segmentorum $^9/_{10}$; longitudo corporis 25 m.m.; segmenta 67.

Cap. bonæ spei. WAHLBERG. Mus. Holm.

T. XXVIII, 6, **Parachonia Letterstedti.** — 6 C, Pars antica subtus visa, aucta. — 6 F^8 & F^{10}, Partes laterales segmentorum 8 & 10. — 6 G s—s'' et u, Setæ auctæ. — 6 V, Pars media branchiæ aucta.

FAM. TELETUSEA SAV.

Gen. ARENICOLA LAM.

Arenicola Lovéni n.

Segmentum buccale triannulum, segmenta setigera 20, quorum sex anteriora singulumque postremum ebranchiata; longitudo 395—400 m.m.; latitudo 20 m.m.

Port Natal. WAHLBERG. Mus. Holm.

T. XXIX, 1, **Arenicola Lovéni.** — 1 A, Animal, magnitudine naturalis. — 1 F, Pars lateralis segmenti. — 1 G, Setæ auctæ. — 1 V, Pars branchiæ aucta.

2 **Arenicola marina** L. — 2 F, Pars lateralis segmenti. — 2 G, Setæ auctæ.

INDEX.

Efter professor J. G. H. KINBERG'S nyligen timade frånfälle har Akademien uppdragit åt undertecknad att söka bringa till slut hans så plötsligt mot midten af förra århundradet afbrutna arbete öfver Eugenie-expeditionens annulater. Sedan detta uppdrag nu blifvit fullgjort, torde det vara behöfligt att delgifva läsaren följande upplysningar.

När efter fullbordad världsomsegling 1851—1853 fregatten Eugenie återkommit till fäderneslandet, vidtogos genast anordningar för att få de rika samlingar, som under expeditionen hopbragts, bearbetade. Expeditionens zoolog, med. d:r J. G. H. KINBERG, sedermera professor vid Veterinärinstitutet, öfvertog omedelbart bearbetningen af polychæter, oligochæter och hirudineer, och resultaten häraf offentliggjorde han i en serie kortfattade afhandlingar, hvilka finnas införda i »Öfversigt af Kongl. Vetenskaps-Akademiens förhandlingar» 1855—1867. Dessa uppsatser, hvilka samtliga bära karaktären af förelöpande meddelanden, utkommo i följande ordning:

1855. Aphroditea (Animalia Annulata nova v. minus rite cognita) p. 381—388.
1857. Amphinomea (Animalia Annulata nova v. minus rite cognita) p. 11—14.
1864. Eunicea (Annulata nova) p. 559—574.
1865. Nereidum dispositio nova (Annulata nova) p. 167—179.
1865. Nephthydea, Phyllodocea, Alciopea, Hesionida, Glycerea, Goniadea, Syllidea, Ariciea, Spiodea, Aonidea, Cirratulida, Opheliacea (Annulata nova) p. 239—258.
1866 Lumbricina (Annulata nova) p. 97—103.
1866. Anthostomia, Chlorœmea, Chætopterea, Maldanea, Ammocharidea, Ampharetea, Terebellea, Hermellea, Serpulea, Teletusea, Hirudinacea (Annulata nova) p. 337—357.
1867. Om Amphinomernas systematik, p. 83—91.

Emellertid var det att förutse, att dessa förutskickade uppsatser med deras kortfattade diagnoser skulle bringa förvirring och oreda i systemet, så vida de ej omedelbart efterföljdes af en utförligare text beledsagad af upplysande illustrationer. KINBERG insåg också detta, hvarför han redan tidigt förberedde ett större arbete öfver dessa djur med ritningar af de framstående artisterna P. D. HOLM, C. E. ÅKERMAN och A. RINGDAHL. Tyvärr blef af obekant orsak endast en ringa del af texten till detta färdigt till tryckning och öfverlämnat till offentligheten. År 1858 utkom nämligen första häftet af KINBERG'S »Annulater», 32 sidor och 8 taflor i stor 4°, bland den serie af »vetenskapliga iakttagelser», hvilka på H. Maj:t Konung Oscar den Förstes befallning skulle utgifvas af K. Svenska Vetenskaps-Akademien under en gemensam titel: »Kongliga Svenska fregatten Eugenies resa omkring jorden under befäl af C. A. Virgin, åren 1851—1853.»

Det är sannolikt, att KINBERG, sedan detta första häfte, som var försedt med en mycket knapphändig text men med utsökta illustrationer, öfverlämnats åt offentligheten, ej befattat sig med några djupare studier af dessa maskdjur, utan att han åtnöjde sig med att utsända korta diagnoser öfver nya former, publicerade i »Öfversigten». Däremot lider det intet tvifvel om, att han under dessa sina undersökningar varit i tillfälle att låta de ofvan nämnda skickliga artisterna under sin uppsikt utföra ritningar till det verk, som aldrig blef färdigt.

Utom de 8 taflor, hvilka ingå i det år 1858 utgifna häftet, har Kungl. Akademien på lager 13 outgifna, graverade taflor, IX—XX samt XXVIII [hvilken måste ändras till XXIX]; därtill äger Akademien 5 graverade taflor, hvilka dock ej finnas på lager utan måste, emedan stenarne förkommit, reproduceras, nämligen taflorna XXI—XXIII, XXVII och XXVIII. Till taflorna XXIV—XXVI finnas ritningar utförda af samma mästare, som åstadkommit de andra. Slutligen finnes i


Akademiens ägo en graverad tafla öfver iglar samt ritningar till en annan öfver oligochæter — men dessa synas mig vara af så ringa vetenskapligt värde, att de saklöst kunna uteslutas.

När enligt Akademiens beslut dessa taflor nu skola publiceras jämte lämplig text och tafelförklaring och då hela arbetet är KINBERG'S och måste gå i hans namn, så synes det mig helt naturligt, att texten begränsas till hans egna diagnoser, sådana de finnas tryckta i ofvan uppräknade afhandlingar, utan att någon förändring vidtages, såvida ej uppenbara tryckfel förefinnas. Detta synes mig så mycket naturligare, som just denna text affattades samtidigt med att teckningarne utfördes och under en tid, då KINBERG var i sin fulla krafts dagar.

Beträffande tafelförklaringen har utgifvaren dels anlitat KINBERG'S egna anteckningar, dels efter bästa förmåga själf affattat densamma.

Stockholm i mars 1910.


Hjalmar Théel.



1. Aphrodita alta n. 2. A. aculeata L. 3. A. longicornis n.


P. D. Holm del. W. Schlachter sc.

Gen. Stab. Lith. Inr.




4. Hermione hystrix Sav. 5. H. hystricella Quatref ? 6. Aphrogenia alba n.

P. D. Holm del. W. Schlachter sc. Gen. Stab. Lith. Inr.




7. Lætmonice filicornis n. 8. Iphione ovata n.
9. Lepidonotus Pomareæ n. 10. L. socialis n. 11. L. Jacksoni n. 12. L. margaritaceus n.

P. D. Holm del. W. Schlachter sc. Gen. Stab. Lith. Inr.




13. Lepidonotus Johnstoni n. 14. L. Wahlbergi n. 15. L. squamata (Bast.) 16. L. cæruleus n.
17. L. havaicus n. 18. L. striatus n. 19. L. indicus n.

...elm del. W. Schlachter sc. Gen Stab Lith Inr.




20. Halosydna Virgini n. 21 H. australis n. 22. H. brasiliensis n. 23. H. patagonica n.
24. H. parva n. 25 H. brevisetosa n. 26. H. gelatinosa. (Sars).

P.D. Holm del. – Aug. Schbg. sc. Gen: Stab. Lith. Inr.




27 Antinoe æquiseta n. 28 A. Waahli n. 29 A. pulchella m. 30 A. microps n.
31 Harmothoe spinosa n. 32 Hermadion Magalhaensi n. 33 H. longicirratus n.

P.D. Holm del.




34 Panthalis Oerstedi n. 35 Eupompe Grubei n.

P.D. Holm del. Gen. Stab. Lith. Inr.



36 Sthenelais Helenæ n. 37 St. Blanchardi n. 38 St. articulata n. 39 St. oculata (Peters)? 40 St. lævis n.



P. D. Holm del.



41 Sigalion Edwardsi n. 42 Leanira Quatrefagesi n. 43 Psammolyce Petersi n. 44 P. flava n.

P D Holm del

Gen. Stab. Lith. Inr




45 Iphione ovata. 46. I. spinosa. 47. Lepidonotus Pomareæ.











48 L. Jacksoni 49 L. margaritaceus 50 L. Johnstoni. 51 L. caeruleus








52 L. indicus. 53. Halosydna Virgini 54 H. australis




55 Antinoe Waalı 56 A. pulchella 57. Harmothoe spinosa 58. Polynoe antarctica.









59 Eupompe Grubei. 60 Panthalis Oerstedi. 61. P. gracilis 62 Sthenelais articulata









63. Sigalion Edwardsi. 64. Leanira Quatrefagesi 65. Psammolyce flava.

Pharynges et maxillæ Aphroditeorum.


P.D. Holm del. Höglind sc. Gen. Stab. Lith. Inr.



1 Chloeia flava (Pall). 2 Chl. candida n. 3 Notopygus crinitus Grube. 4 Lirione splendens n.
5 L. maculata n. 6 Amphinome vagans (Sav.). 7 A. Luzoniæ n.

C. E. Åkerman del.


Gen. Stab. Lith. Inr.



8 Hermodice striata n. 9 Eurythoe chilensis n. 10 E. capensis n. 11 E. pacifica n. 12 E. corallina n. 13. E Kamehameha. 14 Euphrosyne capensis n.


C.E.Åkerman del.

Gen. Stab. Lith. Inr




1 Diopatra Leuckarti n. 2 D. viridis n. 3 D. amœna n. 4 D. brasiliensis n. 5 D. dentata n.

P.D. Holm. del. Höglind. sc. Gen. Stab. Lith. Inr.




6 Diopatra longicornis n. 7 D. splendidissima n.
8 Onuphis Verngreni n. 9 O. intermedia n. 10 O. setosa n.

P. D. Holm. del. Höglind sc. Gen. Stab. Lith. Inr.




11 Onuphis fragilis n. 12 Eunice indica n. 13 E. tentaculata n. 14 E. havaica n. 15 E. pacifica n.
16 E. capensis n.

P. D. Holm. del. Gen. Stab. Lith. Inr.




17 Eunice tahitana n. 18 E. atlantica n. 19 E. brasiliensis n. 20 Nicidion longicirrata n. 21 N. cincta n. 22 N. gallapagensis n. 23 Nauphanta novæ Hollandiæ n.




24 Nauphanta corallina n. 25 N. striata n. 26 Amphiro atlantica n. 27 Lycidice robusta Stimps.?
28 L. brevicornis n. 29 L. natalensis n. 30 Lysarete brasiliensis n.

P. D. Holm del. Gen. Stab Lith Inr




31 Eranno bifrons n. 32 Ninoe chilensis n. 33 N. brasiliensis n. 34 Lumbriconereis Jacksoni n
35 L. magalhaensi n. 36 L. obtusa n. 37 L. chilensis n.

P. D. Holm del. Gen. Stab. Lith. Inr.




38 Lumbriconereis Sarsi n. 39 L. havaica n. 40 L. indica n. 41 L. borealis n. 42 L. capensis n. 43 L. atlantica n. 44 L. virginis n. 45 L. cirrosa n.

P. D. Holm del. Gen. Stab. Lith. Inr.




1 Nereis robusta n. 2 Nereilepas angusta n. 3 Pseudonereis gallapagensis n. 4 Cirronereis gracilis n. 5 Ceratonereis tentaculata n.
6 Platynereis magalhaensi n. 7 Leptonereis lævis n. 8 Paranereis elegans n. 9 P. Novæ Hollandiæ n. 10 Mastigonereis spinosa n.


P.D. Holm del. Gen. Stab. Lith. Inr.



1 Staurocephalus Lovéni n. 2 Lacharis crudelis n. 3 Glycera papillosa Gr. 4 & 5 Gl. lævis n. 6 Gl. jucunda n. 7 Gl. pacifica n. ♀ 8 Hemipodus patagonicus n. 9 Goniada Virgini n. 10 Leonnatus vorax n.




1 Nephthys prætiosa n. 2 N. imbricata Gr. 3 Phylodoce gracilis n. 4 Ph. Novæ Hollandiæ n.
5 & 6 Eulalia lobocephalica Schmarda.




1 Eulalia Magalhaensis n. 2 E. picta n. 3 E. havaica n. 4 Krohnia Angelini n. 5 Kr. Auroræ n. 6 Alciopa atlantica n. 7 Leocrates chinensis n. 8 Hesione Eugeniæ n.


1. Heterosyllis havaica n. 2. Syllis californica n. 3. Thoe fusiformis n. 4. Eurymedusa picta n.
5. Laomedora fusifera n. 6. Alcandra robusta n. 7. Lacydes havaicus n. 8. Labotas Novæ Hollandiæ.
9. Perialla [illegible] 10. [illegible]




1. Timarete fecunda n. 2. Promenia jucunda n. 3. Archidice patagonica n. 4. Travisia lithophila n. 5. Dindymene concinna n. 6. Cassandane formosa n. 7. Nitetis prætiosa n. 8. Laodice adamantea n. 9. Terpsichore delapidans




1. Chloræmia havaica n. 2. Chloræma tetragona (Schmarda). 3. Piromis arenosus n.
4. Maldane brasiliensis n. 5. Neco echeneis n. 6. Mylitta quinquemaculata n.
7. Ammochares tegula n.



1 Orthyades Bairdi n. 2 Pharnaspis Lovéni n. 3 Ph. Wrighti n. 4 Phragmatopoma Virgini n. 5 Zopyrus Lovéni n. 6 Eupomatus Plateni n. 7 Sabella Magalhaensis n. 8 Demonax leucaspis n.



1 Demonax incertus n. 2 D. Cooki n. 3 Sabella Columbi n. 4 S. havaica n. 5 S. natalensis n.
6 Parachonia Letterstedti n.



1. Arenicola Loveni n. 2. A. marina L.

P. D. Holm del. Höglind sc. Gen. Stab. Lit.